XXII-Z-2

Aug 224

R 249


PHARMACOPŒIA
BRUXELLENSIS:
JUSSU
Amplissimi Senatus
edita.
Theriaca
BRUXELLÆ,
TYPIS JOANNIS MOMMARTI.
CIↃ. IↃC. XLI.
DIOSCORIDES
ANDROMACHUS

R 249

Nobiliſſimo Ampliſſimoq;

# SENATVI BRVXELLENSI.

COLEGIO DE FARMACÉUTICOS DE MADRID. N.º 421

*Prætori,*

D. JOANNI FRANCISCO VANDER EE, Equiti, Toparchæ de Meys, *&c.*

*Conſuli,*

D. FRIDERICO DE MARSELAER, Equiti, Toparchæ de Parck, Eelewyt, Harzeaux, Oycke, Borre, Loxem, Neder-ockerſeel, *&c.*

*Senatoribus,*

D. CLAUDIO VANDER EYCKEN, Equiti, Toparchæ de Nederlo, *&c.*

D. FRANCISCO DE DONGELBERGE, Equiti, Toparchę de Herlaer Zilbeke, Raſegem *&c.*

D. JOANNI DE FOURNEAU, Equiti' Toparchæ de Kruyckenborgh, Wambeke, Lombeke, Ternatt, *&c.*

D. ADRIANO VAN BAUSELE, Toparchæ de Brack, Hoylaer, *&c.*

D. GUILIELMO DE BLITTERSWYCK, J. U. Licentiato.

D. ÆGIDIO ALBERTO VAN MALE, J. U Licentiato.

D. NICOLAO HARTIO, J. U. Licent.



REAL ACADEMIA DE FARMACIA BIBLIOTECA

*Theſaurariis,*

D. HENRICO CAROLO DE DONGELBERGE, J. U. Licentiato.

D. PHILIPPO VANDER STEGEN, J. U. Licentiato.

*Syndico,*

D. JOANNI BAPTISTÆ VAN GINDERTAELEN, J. U. Doctori.

*Præfecto Aquæ-ductus,*

D. BALTHAZARI DE LAURETEN.

*Conſuli ex ordine Civium,*

FRANCISCO CORLUY.

*Quæſtoribus,*

PETRO GEEREMS.
PETRO VAN CUTSEM.
THOMÆ DE SADELEERE.
DANIELI RAESENS.

*Queſtoribus Aquæ-ductus,*

JOANNI LE MIRE.
JOANNI VAN BRONCHORST.

*Conſiliariis,*

GUILIELMO BORREMANS.
JOANNI VANDER MOESEN.
JUDOCO VAN EGHEM.
HIERONYMO VAN CAVERSON.
ANDREÆ VANDER HEYDEN.
JOANNI VANDEN DYCKE.

NOBI-

# NOBILISSIMI, AMPLISSIMIQVE DOMINI,

HVMANUM genus, ob Protoplaſti inobedientiam, hęreditario principiorum ſuorum duello mulctatum, cùm tandem mortis vectigal perſoluturum, ter Opt. Max. cognoviſſet Deus, ut juſtitiæ rigorem, miſericordiæ ſuæ benignitate attemperaret; ex ineffabili clementiæ ſuæ theſauro, liberali manu Medicinam produxit, quæ divinâ ſuâ vi, inter animi & corporis inteſtina bella inſtar prudentis Legiſlatoris, fœdera ſanciret, & pacem confirmaret. Quâ dote cumulatus & beatus homo, cœpit

 ex eâ,

ex eâ tanquàm ex Amaltheę cornu, omnigenam Radicum, Herbarum, Fructuum, Florum, Succorum, & variorum Mineralium naturam, vires, & efficaciam inveſtigare, & per experimenta comprobata & ſarta reddere, ut deſideratum medendi finem aſſequeretur: & ſic morborum tyrannide liberatus, rationis Majeſtate (cujus ipſi cum Deo ſocietas eſt) ad imperium, virtutem, ac civilem conſuetudinem uteretur, & in amœniſſimo ſanitatis viridario, vitam degeret, & exſpatiaretur. Quid enim in hâc vitâ gratum, quid jucundum, quid pretioſum æſtimandum eſt, ſi ſanitatis beneficio deſtituatur? Ab hâc unâ & Regum ſceptra, & diademata, & Crœſi opes, & Attalicæ deliciæ, eam quam habent gratiam ſibi conciliant, & mutuantur. Quare jure meritiſſimo & affectu paterno, Vos, AMPLISSIMI AC NOBILISSIMI

Do-

DOMINI, habitâ ſanitatis publicæ animadverſione & conſideratâ ejus præſtantiâ, in Artem Pharmaceuticam, quæ Medicinæ pars integralis exiſtit, oculos conjeciſtis, ut tutò & prudenter porrò excolatur & adminiſtretur; quandoquidem vel minimus error in Medicamenti mutatione, pondere, vel qualitate commiſſus, in ægrorum perniciẽ vergere poſſit. Verumenimverò non ſolùm conſideraſtis tam grave periculum inducias non ferre, & promptum auxilium efflagitare; ſed etiam, uti arbitramur, Pharmacopœorum multitudinem obſervaſtis, quæ paucis ab hinc annis in tantam frequentiam excrevit, ut tanquàm ex Equo Troiano prodiiſſe videantur: Vt autem multitudo confuſionis, ſic confuſio errorum cauſa eſt. Frequentiæ autem cauſa, non ſolùm, noſtro judicio cenſeri poteſt facilitas admiſſionis, Artis Pharmaceuticæ

igna-

ignaris commiſſæ; ſed etiam examinis, & viſitationis Officinarum, immunitas, & in vendendo pretiorum libertas. Quibus calamitatibus ut maturè provideretis, & ipſi Arti Pharmaceuticæ inſalubri, & ſi ita dicere liceat, actionum ſuarum languore laboranti, opem ferretis; Nos Medicos humiles veſtros Subditos, nihil tale ambientes, ſed ne quidem cogitantes, pro curâ & ſollicitudine veſtrâ, provocaſtis, & inſtituiſtis, ut quantò ocyùs Pharmacopœam concinnaremus, quâ Ars vacillans ita ſtabiliretur, ut omni ex parte tuta, firma ac vera deinceps ſubſiſteret. Nos autem inveniſtis quaſi ignem quendam, qui facile concepimus, quia materia apta erat ad honeſtam & ſalutarem flammam. Itaque quo labore, quâ diligentiâ, hanc Spartam ſuſcepimus, ut eam ſuo nitori non tantum reſtitueremus, ſed præterea amplificaremus, additis

tis variis præſcriptionibus quæ hactenus inter privatos parietes tanquàm ſecretiores, delituerunt, ſcilicet veſtro etiam affectui noſtrum adjungentes, ut bonum, quod juxtà Philoſophum, ſui diffuſivum eſſe debet, eò fieret melius, quò promptius & communius. Nos verò, quem afflatu veſtro concepimus, fœtum exhibemus, cui à nobis materia, à vobis forma acceſſit: Quare cùm veſter ſit, eum amplectimini, & in ſinu fovete, ut in utilitatem omnium non ſolùm adoleſcat, ſed jam grandior, id eſt, notior factus, altâ voce intonet, Vos primos totius Brabantiæ Authores exſtitiſſe, quibus Reſpublica tanto, & tot retrò annis deſiderato beneficio gauderet & faveretur. Vtinam & altera, ſed non minùs neceſſaria Reipublicę gratia accedat, ut ſcilicet conſtituto Medicorum Rationalium Collegio, non Pharmacopœorum tantùm, ſed

& Chyrurgorum & Barbitonſorum (inter quos non exigua eſt differentia) is ordo conſtituatur, ut intrà Artis ſuæ cancellos ſe quiſque contineat; & quos hactenus libertas à rationis orbitâ peregrinatum ſeduxit, Authoritas veſtra reducat, aut pœnâ coërceat: At Pſeudo-medici & Impoſtores, qui nimis frequentes hîc praxim exercent, nullo ſolemnis Admiſſionis titulo muniti, loquentiæ multùm, eloquentiæ & ſapientiæ nihil habentes, & verborum quàm rerum ſtudioſiores, prorsùs ablegandi, & è Republicâ eliminandi ſunt. Quid enim aliud agunt quàm credulorum loculos emungere, ægros vitæ periculo exponere, calumniari, & remedia proborum Medicorum diffamare, quæ multis ſaluti fuêre, & eſſe poſſunt? Et tales plerumque videmus, vel ſolùm verrere coactos, vel paupertate preſſos, deſperatis rebus ſuis, ad Artem

Medicam, tanquàm ad Altricem miſerrimorum hominum confugere. O quàm ingentem animis noſtris concipimus dolorem, quando iſtorum fraudes, errata, & ne dicamus homicidia, per tot annos impunè commiſſa, recolimus ac ruminamus! Veſtrûm eſt, PATRES AMPLISSIMI ET NOBILISSIMI, Decreto publico, hiſce malis medelam adferre; ut certò pateat non ſolùm Vos publicam ſalutem, ſed & juſtorum Medicorum honorem cordi duxiſſe, qui ab exlegibus Pſeudomedicis, eò contemptus devenit, ut extrema illi ruina inſtare videatur; Et tandem aliquando Poſteris, nil niſi perſonatos Medicos, ſitis relicturi. Scimus quòd multi hoc Opus quantum poterunt ſugillabunt, & in ejus imperfectionis fomitem, è chalybe livoris ſui, ardentes ſcintillas excutient; ſed uti ſperamus obliquas, aut evaneſcentes. Hos tamen

nihil moramur, dummodò bonis prodeſſe valeamus. Cæterùm (ut tandem manum de tabulâ) Pharmaceuticum hunc Librum, quem veſtro hortatu conficiendum ſuſcepimus, in debiti obſequii fidem & honorem, Civium gratiam, & ægrotantium utilitatem, eâ benignitate à nobis excipite, & authoritate tuemini, quâ benè de Vobis, & totâ Republ. merendi voluntate, ipſe Vobis offertur & dedicatur. Deus ter Opt. Max. Vos omnes in Neſtoreos annos incolumes conſervet. Hoc unanimi affectu exoptant,

NOBILISS. AMPL. NUM. VESTR.

*Humillimi Clientes & Subditi,*

JOANNES JOCQUET,
PAULLUS DE HULLEGARDE,
LUDOVICUS FABRI,
JOANNES DE LAU,
*Doctores Medici Bruxell.*

Ex Muſæo noſtro
10. Junii, 1641.

# MEDICI BRUXELLENSES

## LECTORI S.

HIPPIAM quendam Eleum Socratis olim Auditorem, poſt longi temporis intervallum Athenas reverſum, ut ejus doctrinam denuò cognoſceret, obſtupuiſſe ferunt, quod ille qui etiam ipſius Apollinis oraculo εἰς ἄκρον σοφίας, *i.* ad faſtigium ſapientiæ *perveniſſe judicabatur, eadem ſuis diſcipulis perpetuò inculcaret. Huic Socrates: O Hippia,* οὐκ μόνον ἀεὶ τὰ αὐτὰ λέγω, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν; *i.* non ſolùm ſemper eadem dico, ſed eadem de iiſdem. *Tales hodie plures Hippias fore arbitramur, qui cùm hanc* PHARMACOPŒAM, *ſive* DISPENSATORIUM *(Opus ſcilicet ab aliis toties, & ad nauſeam uſque pertractatum) conſpexerint, id tanquàm minimè neceſſarium aut ſuperfluum ſint exploſuri, aut ſaltem judicaturi. Verùm hiſce reſponſum volumus, nunquàm ſatis dici, quod nunquàm ſatis diſcitur; & nihil inventum ſimul & perfectum eſſe: nam Scientiarum & Artium Seminaria, non ſeſe univerſa profundunt, & derepentè evolant, ſed ſuis progreſſionibus uſa paulatim augentur, & ſumunt incrementum. Quis enim neget diem & ſubſequentia tempora docuiſſe, & inventa additis propriis experi-*

*perimentis reddidiſſe illuſtriora? Quod eximius & prudens quidam Poëta hiſce verſibus adſtruere videtur:*

Soli non errant Superi, mortalia nunquam
Cenſurâ decreta carent, quæ longior ætas
Arguit, indocilis tandem vel corrigit uſus,
Et meliora docet, quæ non vidêre priores.
Optima quæ primùm Medicina reperta probavit,
Doctior hæc eadem, bona poſt experta negavit;
Et bona quæ primùm Medicina reperta negavit,
Doctior hæc eadem bona poſt experta probavit.

*Itaq; non defuerunt cum intimæ, tum manifeſtæ rationes, ob quas ad exemplar aliarum celebrium Vrbium, etiam Bruxellis vernacula Pharmacopœa excolereter. Quarum prima eaq; potiſſima fuit* AMPLISSIMI & NOBILISSIMI SENATVS *mandatum; cui refragari nefas eſt: qui Civium ſuorum ſaluti conſulere ſatagens, hanc Artis Pharmaceuticæ normam typis mandari voluit. Altera eſt difformitas & diverſitas Compoſitionum, dum ſcilicet hic Pharmacopœus pro arbitrio ſuo, talem; alter verò alium ſibi Authorem imitandum proponit, & aſſumit: Imò non rarò è mendoſis manuſcriptis & ſemilaceris ſcedulis, quæ Magiſtris ſuis olim Novitii clam eripuerunt perpetuò inhærent. Tertia ratio eſt, ut definitus & idem ſit Compoſitionum numerus, ne nimiâ copiâ & inutilibus expenſis graventur Officinæ: Sedulò namq; cavimus, ne quid omittendum, non omitteretur, & ne quid omitteretur non omittendum. Denique*

*nique omnia conformia & publica eſſe, nihilq; cælari decebat, ut inter Medicos & Pharmacopœos mutuus amor conſervaretur, ne tam in illis quàm in his, aut favor, aut perſonarum exceptio, ullum tumultandi locum relinquat. Opus verò hoc quantum habuerit difficultatis, & quantæ circumſpectionis fuerit, aliorum eſto judicium; quandoquidem ex omnium ferè Antidotariorum & Manuſcriptorum tam veterum quàm neotericorum, collatione concinnatum ſit. Verumenimverò licet aliquot Diſpenſatoria non ita pridem à Viris doctiſsimis, & Artis Pharmaceuticæ peritiſsimis, tam exactè parata, & in ordinem digeſta ſint, ut tantùm imitatione egere videantur; voluimus tamen & nos ingenii noſtri periculum facere, ſi quâ fortè in re deſideratum Artis Pharmaceuticæ ſtatum promovere poſſemus. Itaq; non omnia ex Authoribus tanquàm perfecta & Apodyctica collegimus, ſed quædam correcta, quædam neglecta, quædam deleta, quædam verò addita ſunt; prout ratio & exercitatio, & multorum annorum experientia nobis fidem fecit: & prout longam conſuetudinem, & loci genium, & Endemios morbos comperimus expoſtulaſſe. Ad fabricam hanc autem exſtruendam, artificum exemplo (juxta Platonem in Gorgiâ) ſingula ſuis locis, reſervavimus, & adaptavimus eo ritu, ut unum totum è particularibus, ordine debito, exornatum conſtitueretur. Sic benevolus Lector poſt Simplicia, Compoſita, poſt Liquida, Solida, per ſuas Claſſes diſpoſita inveniet, ut confuſionis, faſtidii & temporis diſpendii anſa auferatur.*

*ratur. Cæterùm hæc omnia (modeſtiæ limites obſervantes) ſaniori cenſuræ ſubmittimus, gratias habituri ſi quando exactiora & utiliora videbimus: Non enim quatuor tantùm Medicorum* συνεργία, *i.* cooperatione, *ſed integri Collegii comitiis opus erat, ut omnia exactiſsimè recognoſcerentur, & reſtituerentur. Vſum denique & effectum præſcriptorum remediorum ſtudio ſuppreſsimus, ne pervicaces & lucripetæ quidam Scioli,* φιλαυτία *laborantes, adeoq; audaciores facti, cum Morbis, naturæ humanæ & ſalutis hoſtibus, Andabatarum more digladientur, & ſic* τὰ φάρμακα τῶν θεῶν χάιρες, τῶν κακοδαιμῶνον γινόνται; *i.* Medicamenta Deorum manus, fiant malorum Geniorum.

ERY-

# ERYCI PVTEANI
## DE
# PHARMACOPOLIIS
## DISSERTATIVNCVLA,
A NOBILISSIMO, PRUDENTISSIMOQUE
## S.P.Q. BRUXELLENSI
FELICITER RESTITVTIS.

ANNO ∞. IↃC. XLI.

*Vrbis Nobiliſ.mæ Nobiliſ.mi Rectores,*

AD Reipublicæ ſalutem ac felicitatem facit, non bonos tantùm Cives, ſed & ſanos habere: quorum altero animos hominum, altero corpora æſtimamus. Quomodo quis animo valeat, ſapientes diſputant; quomodo corpore, Medici; quos tamen non poſſum niſi Sapientes appellare. Primi quidem, non fortaſſis quia maximi, ſed quia primi, divinos honores adepti ſunt: reliqui poſteà inter homines eminentes, præſtare potuerunt,

quod Dii. O Artis miracula! ſed vitia acceſſêre. Tam facilè enim corrumpi Medela potuit, quàm inveniri: tam facilè fatum propinari, quàm pharmacum. Vt naſcimur verò, mille malis obnoxii ſumus; ut vivimus, mille modis mala provocamus. Neſcio quoque, an vita dicenda ſit, quæ per morbos magnâ parte agitur; imò an vita, quæ morti ſemper vicina eſt, valenti brevis, longa ſolummodò ægrotanti: Sed valere ſi à naturâ eſt, convaleſcere dixerim ab Arte proficiſci, quæ naturam, & vim naturæ illatam, corrigit; idque vel cibo, vel medicamento, vel manu: quemadmodum tres Medicinæ partes ſunt; Διαιτητικὴ, Φαρμακευτικὴ, Χειρουργικὴ. Sic alius Medicus propriâ voce, alius Pharmacopola, alius Chirurgus: olim tamen unus. Medicus autem naturæ miniſter eſt, Dei manus; Pharmacopola & Chirurgus, Medici; à cujus præſcriptis formuliſque reliqui dependent: magis tamen Pharmacopola, quàm Chirurgus. Præſcribit enim Medicus, quæ Pharmacopola miſceat, ac paret: tamquàm in altero imperium Artis, in altero obſequium ames: illic dignitatem, hîc operam; quæ cùm à peritiâ ſeparatur, perniciem gignit. Vrbes noſtræ ab ipsâ, niſi fallor, origine ſuâ, medendi Magiſtros, aut certè à Principibus poſteà habuêre. Hi namque cùm ſuam etiam in populo ſanitatem agnoſcerent, divinæ artis

tis auxilia communia omnibus fieri, pium arbitrati ſunt. In uſum ſic quidem publicum Medicina, & imprimis φαρμακευτικὴ venit, & rursùs, ut nihil ſtabile aut firmum uſque, in abuſum. Seneſcunt homines, quid mirum, ſi & ea quæ ab hominibus inventa ſunt, vel fiunt? Artes omnes actionesque in fraudes degenerant, quando vel avaritiâ, vel imperitiâ corrumpuntur. Lucrum malo proximum eſt: & Pharmacum, quando lucro ſervit. Quantum hîc verò, ſive officinæ, ſive tabernæ, & quàm variis offuciis hactenùs peccant! Non omnes, fateor, & bonas excipio, probè inſtructas, prudenter adminiſtratas, quæ laudem Artis & famam ſuſtineant. Non bonas, bonis emendari legibus poſſe, Vrbs una intellexit, non paſſa diutiùs, plus ſæpè ipſis morbis morborum remedia ſævire. Vrbs una, & Nobiliſſima BRUXELLA, optimis conſiliis, pulcherrimisque factis æternitatem provocans. Qui Viri! qui animi! Bello cincti, Pacis opera & ornamenta moliuntur; cumque hoſtibus nova valla & propugnacula objiciant, & novas in ipſa Vrbe Vrbes excitent; magis etiam morbos & mores malos oppugnant. Leges muri ſunt, & his jam ſanitas civium communitur. Quid Æſculapius poſſit, quid ipſa Hygéa, Pharmacopolia indicant, remotâ fraude, correctâ imperitiâ, ad verum uſum revocata. Hîc

vivere ſuave erit, ubi valere tutum; ubi tam facilè ſanari plerique poterunt, quàm ægrotare; ubi non minùs morborum pericula, quàm remediorum ſumptus mitigantur. An benigniùs Populum Senatus complecteretur? an amaret teneriùs? ſanitatem largitus eſt, felicitatem Vrbis, non multitudine viventium, ſed paucitate ęgrotantium ratus contineri. Vivitur maximè, ubi rariores morbi ſunt: cùm & dubitari poſſit, inter vivos an mortuos ægri computandi ſint: ſemihomines, ut ſic dicam, quia impotes corporis, minùs animo utuntur. O bonum igitur factum! ô pulchrum inſtitutum! Inter curas Reipublicæ, & Curias, hæc jam non ultima ſalutis & ſanitatis eſt; ad cenſuram Medicos & Chirurgos, & vel maximè Pharmacopolas vocatura, ad legem & normam: quos non ſinit niſi probos omnes, ac peritos eſſe; quia non niſi cum titulo & auctoritate publicâ admittet. Medicis quoque, ſed verè probis ac peritis opus erat, quorum conſilio, operâ, induſtriâ ad rem tam arduam atque præclaram Magiſtratus uteretur. Hi intra muros inventi, nihil prius habuêre, quàm, ut ſingulis proſint, de omnibus benè mereri: IOANNES IOCQUETIUS, PAULUS HULLEGARDUS, LUDOVICUS FABRI, IOANNES LAUWIUS, Vrbis lumina, Artis columina, ſalutis inſtrumenta. Periti ſunt: quidni

ni morbis Vrbem liberent? Probi ſunt: quidni infamiâ Artem, quæ & ipſa ægrotabat? A novo Collegio, tanquàm Apollinis aut Æſculapii templo, nova ſalutis ſolatia erunt: quid? novam, ut ſic dicam, Artem, novamque Vrbem facient, & in perpetuo felicitatis flore (ita voveo & finio) Bono Deo opitulante, conſervabunt.

# IN LAUDEM
# PHARMACOPOEÆ BRUXELLENSIS,
## ET AUTHORUM EJUS.

*IS ſapuit, caveæ fundum qui marmore ſtravit,*
*Ne, ſi vaſa crepant, perdita vina fluant.*
*Agmina morborum, vetitæ quòd ab arboris eſu,*
*Ingruerent homini, præſcius Omnipotens,*
*Miſcuerat terræ naſcentibus, intùs & extrà*
*Vim medicam, unde queat ſurgere lapſa ſalus:*
*Pectoribus ſimul humanis injecerat ignem*
*Scrutandi, quid, quâ proprietate valet.*
*Ergò ſcientiæ amore, juvandi ægros, vel habendi,*
*In cauſas rerum, mentis acumen agunt.*
*Radices, Herbas, Reſinasq; Metalla, Lapillos,*
*Diſcutiunt, quod humus intùs alitq; foris.*
*Inde propinant vim contra mala multa; ſcatebat*
*Mox Apotheca Drogis, Bibliotheca Libris:*
*Multa patent, ſed plura latent, fugiuntq; ſequaces,*
*Vt plura olfactu quàm tenet ore canis.*
*O utinam Libri Salomonis ab igne redirent!*
*Naturæ hîc reſerans abdita, clavis erat.*

Sed

*Sed periiſſe bonum, ut periit ſimul æneus anguis,*
*Spes oblita Dei, tota volabat eò.*
*Ne plores; Medicus ſat congrua multa ſaluti,*
*Mente, libris, thecis Pharmacopœus habet.*
*Sed quæris cur ergo frequens tam mors necat ægros?*
*Cur tot funeribus ſacra tumeſcit humus?*
*Perculit hæc Medicos dubitatio, nullus eorum eſt,*
*Quin ſe perfectum credat in arte ſuâ.*
*Fata manent omnes, eſtq; incurabilis æger,*
*Præcipuè quando eſt fortius arte malum:*
*Nec deſperatum Medicus depellere morbum,*
*Nec potis eſt ſemper ferre ſalutis opem.*
*Fortè Miniſtrorum morbum fovet error & auget?*
*Et ſua, non levis hic, crimina, lapſus habet:*
*Nam famam Medicis, & vitam ſurripit ægris,*
*Officii ignarus, Pharmacopola, ſui:*
*Quoſlibet abſque probâ Medicas aperire tabernas,*
*Quantus abuſus is, & quanta perîcla premens!*
*Pharmacopœiam rem* PATRES, *ſtabilite decentes,*
*Vt quadret ad Medici, Pharmacopola, modos.*
*Pyxidas exploret, medicamina viſitet ille,*
*Sed priùs ingenium, Pharmacopola tuum;*
*Namque tuâ fueris ſi non perfectus in arte,*
*Mens ſtupida, & mala merx, clam mala multa ſtruunt.*
*Pharmacopolia ne nimiùm geminentur, avaros,*
*Quæ faciant rarum multiplicare, lucrum.*

*Pa-*

*Raraq́ venditio torquet miſerabile pectus,*
*Piſcium ut anguſtas, copia, reddit, aquas.*
*Sed ſerus moneo, propriâ jam ſponte Senatus*
*Mandârat Medicis quattuor iſtud opus.*
*Michaël è turri ſuggeſſerat hoc Raphaëli*
*Vt Medico, hic Patribus ſubtùs, & hi Medicis.*
IOCQUETTO, HULGARDO, FABRI, LAÜIOq́ *chaos hoc*
*Vt poliant, donent ordine, luce, modo.*
*Vivite magnifici Fontes, Gazæq́ ſalutis,*
*Pellite ab Vrbe lues, ferte vigoris opem.*
*Sed tu,* CHRISTE, *fave, qui vino, oleoq́ mederis*
*Semineci, ſanas veſte, citas tumulo:*
*Nam ſine te Medici nihil, aut medicamina poſſunt,*
*Eſt ſine te, tibi ſit gloria, nulla ſalus.*

Accinebat I. M. C. B.

ΕΠΟΣ

## ΕΠΟΣ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΚΟΣ,

## AD LIBRUM

# PHARMACIÆ BRVXELLENSIS,

## ET EJUSDEM AUTHORUM.

VRbs BelgI gremium, Regumq; & Principis Aula,
 Exlex, dum Medicæ, conſpicit, Artis opus,
Murmurat, & juvenes, pleroſque ait eſſe miniſtros,
 Quorum tractatur Pharmacopœa manu:
Hoſque ſuper numerum quia creſcere viderat, ordo
 Arte ſuper tali conſtituatur, ait.
Nec fuerat ſatis hoc, ultrà Garamantas & Indos,
 Clamat, Agyrtarum, cedat, ut omne genus;
Quêis vaga, depuduit fora circum & compita, lingua,
 Quique nihil præter fallere, dotis, habent;
Qui neque quid Lamio, mordax Urtica, ſtupente,
 Aut Lapatho diſtet, languida Beta, ſciunt:
Interea Hippocrati ſeſe ſimul atque Galeno
 Æquales, fatuo gurgulione ſtrepunt.
Audiit evigilans, ea dum lamenta, SENATUS,
 Obviat, & quid ſit faſque nefaſque notat.
Convocat hoc ad Opus quatuor, quibus ipſe Machaon
 Invideat, celebres Arte Fideque Viros.
Quorum ope collatâ per ſymbola, rectior ordo,
 Legibus & ſtaret Pharmacopœa, ſuis.

**** Hic

Hic legum tabulæ liber eſt, & formula praxis,
Quas ſervare, decus, ſed violare, ſcelus.
Tutiùs ac breviùs nunc ægrotare licebit,
Ritè, per Artificum, pharmaca ſtructa, manu.
O Cives, grates agite, & laudate SENATUM,
Quique Librum Quatuor compoſuêre, VIROS.

---

## CHRONICON.

OPE

MeDICI sanItas opVs habet;
Vt Ipsa serVetVr VbI est: VbI
non est, reparetVr.

*Accinebat F. A. F.*

---

IN

IN LAUDEM

# PHARMACOPOEÆ

## BRVXELLENSIS,

ET AUCTORUM.

## *EPIGRAMMA.*

EXEMPLVM *cunctis una eſt* BRVXELLA *ſalutis,*
*Quam viridi in ſenio vindicat ipſa ſibi.*
*Sæpiùs in dirum declinant Pharmaca fatum,*
*Sæpè & Carnificem Pharmacopœus agit.*
*Ecce medela malo: ſic morbi tollitur ipſe*
*Morbus, & à crudo funere vita redit.*
*Tantum divinâ potuit* IOCQVETIVS *arte,*
HVLGARDVS *tantum mente, manuq́ue, ſtylo.*
*Ipſe ſuo tantum caluit* FABER *impiger igne,*
*Tantum non tepido* LAUWIVS *ingenio.*
*O quanto fructu vitam mortalibus augent!*
*Quàm benè ſic ipſa Ars* CORRIGITVR *Medica!*
ILVS & EVDEMVS *redeunt, ſua Pharmaca reddunt,*
*Reddit* ARISTOPHILVS, NICOMACHVSq́ue *ſua.*

GVILIELMVS de BLITTERSWYCK,
Scabinus Bruxellenſis.

**** 2 NOBI-

# NOBILISSIMIS
# ILLUSTRIS BRUXELLÆ
# RECTORIBVS,
## ET
## QVATVORVIRIS DOCTORIBVS
## MEDICINÆ,

(Syncerâ PHARMACOPOEA illinc ſapienter poſtulatâ, & hinc feliciter præſtitâ)

*Accinuit* CORNELIVS VAN VFFELE, *Toparcha de Waeſmont:*

*Patriciis*, *Patricius*; *Doctoribus*, *Doctor* J. U.

LUſtrandus meritò, luſtrêre ut Belgica, Mundus:
 Hæcque, ut Brabanti nota ſit ora Ducis.
Sed quàm nota parum, niſi te BRUXELLA beârit!
 Et beet hæc, ſi non Curia amœna beet?
Non lapides, non ligna loquor: Stat vertice celſus
 MICHAEL, & victo dæmone, Victor ovat.
Non ſibi, ſed Populo: nobis ſtat proximus Aſtris;
 Eſt Ἀρχὸς nobis Angelus, Aſtra, Polus.
Eſt ſuprà, eſt infrà. Sub eo Venerande SENATUS,

Rectè

Rectè ades, & recto munere munus obîs.
In te infrà eſt ; pro te ſuprà. cacodæmona pinſit,
Non ſecus ac ſemen Pharmacopola terit.
Ergo infrà, velut ipſe ſuprà, quoque pinſitis hoſtem,
Non ſecùs ac ſemen Pharmacopola premit.
En extrà, en intrà, truculentum corporis hoſtem !
Ille patet cunctis. hactenus hic latuit.
Crimina ſe pandunt: patefacta recîditis enſe:
Exterus externo hoc hoſtis ab hoſte cadit.
Internum quæris ? dabo: ſed miraberis hoſtem;
Pharmaca ſunt, ſed quæ Pharmaca clauſa manent:
Non, quia crimen abeſt; ſed adeſt: hęc Pharmaca, virus.
( Vulnera vulneribus quam medicare nocet ! )
Optima depoſco, capio, credo, haurio, venis
( Quis, rogo, jam corpus protegat ? ) hoſtis ineſt.
Ex ſenio vitium traxêre; eſt ipſa ſenectus
Morbus, & exitium. Pharmaca, mortis iter.
Hæc inimicus * homo zizania conſerit. Urbi — * Matth. c. 13. v. 28.
Heu! nimium infeſtus. MICHAEL adde manum,
Adde pedem, evelle, & conculca: Magne SENATUS
Adjuva: Huic, Medici quotquot, obeſte malo.
En voti effectus cum voto. QUATTUOR adſunt,
Quos Medicos Medicus fecit Apollo, VIRI:
Quoſque MAGISTRATUS lêgit, quò corporis hoſtis
Internus, celebris concidat enſe Libri.
Id JOCQUETTI, HULEGARDE, FABER, LAUWIque, volumen
Dando, datis gladium; cum gladioque necem.
Morte ergò ( & PROCERES ) vitam revocatis in Urbem,
Semideique Uiri, Semivirique Dei.

## Ad Invidum.

*NVlla tui rancoris habet me, Zoyle, curã,*
*Vt miſer invidiâ, ſic caret iſte Liber;*
*Nulla voluptatum ſeges hîc deſcribitur, ergo,*
*Materiâ invidiæ, deficiente, tacẽ.*
*Carpere cuncta ſoles, & fercula, quæ Liber iſtẽ*
*Apponit, buccæ, ſunt ſatis apta, tuæ:*
*Pleraque amara coquit, malè olentia plurima, menti*
*Vult tamen interea, conſuluiſſe, tuæ.*
*Nam parat helleborum, virus, ſtolidamq; medullam,*
*Qui cerebri poterit, purificare, tui.*

---

## Chronographicum.

EX MANDATO
SENATVS BRVXELLENSIS
PRÆSENS OPVS PARATVR.

---

TYPO-

# TYPOGRAPHUS
## AD LIBRUM.

IO, parve Liber, ſine me liber ibis in Urbem,
Feſtina quò te Terra vel Unda vocant.
Te moribundus eget Gallus, te ſpirat anhelus
Belga, & languenti te ſitit ore Brito.
Jam larvata ſatis latuit Medicina ſub umbris,
Ignarâque fuit contemerata manu.
Jam Medicum ſciolus Myropola ſat egit apertum,
Corpusque & loculos munxit Agyrta dolo.
Jam ſatis aſſiduo Medicorum trita labore,
Sudaſti in Prœlo, PHARMACOPŒA, meo.
I prodi in lucem, primâque ſalute SENATUM
Inviſe, hæcque tuo Pharmaca pande ſinu.
Tum Procerum munita fide, pete protinùs Aulam
PRINCIPIS; hîc etiam Pharmacotheca viget.
Inde per Auſoniam, per Iberas tutior oras,
Ignota Antipodum viſere regna potes.
Nulla tibi poterit nebuloſi injuria cæli,
Nulla venenato lingua nocere malo.
Tinxi Atramentum Reſinâ, Terebintho, Oleoque,
Ne ſit ab imbre tuis facta litura typis.
Toxica ſi Momi timeas, Andromachus adſtat;
Ille tibi Antidotum Theriacale dabit.

JOAN. MOMMARTIUS, *Typographus Bruxell.*

SUM-

## SUMMA PRIVILEGII.

PHILIPPVS IV. *Dei favente gratiâ, Hiſpaniarum &c. Rex Catholicus, diplomate ſuo ſanxit, ne quis Librum, cui titulus eſt,* PHARMACOPOEA BRUXELLENSIS, *quacumque formâ vel idiomate, integrum, ſeu diviſum, intra novennium excudat, aut alibi excuſum, in Belgii ditiones vehat, venalemvè habeat, citrà* IOANNIS MOMMARTI *(cui imprimendi facultatem Magiſtratus impertivit) conſenſum. Qui ſecùs faxit, librorum confiſcatione, & gravi inſuper damno mulctabitur; ut ſolemnibus diplomatibus expreſſum eſt, datis Bruxellæ* XXII. *Iunii* ∞. IↃ.C. XLI.

Signat

P. LE MIRE.

---

## CENSURA.

ETIAM *corporis curam, non quidem in deſideriis, ſed neceſſitatibus, gerendam inſinuat Apoſtolus: Prudenter itaq; Ampliſſimus Vrbis Bruxellenſis Magiſtratus, hanc* PHARMACOPOEAM *præſcripto præſtantiſſimorum Medicorum ordinatam, in lucem emittit; ut infirmitatibus ſuorum Civium efficaciùs ſuccurratur: in quâ cùm nihil Fidei orthodoxæ aut virtuti contrarium, tutò publicari poſſe cenſeo hâc* 19. *Iunii* M. DC. XLI. *Bruxellis.*

HENRICVS CALENVS, S. Theol. Licent.
Metr. Eccl. Mech. Can. Libr. Cenſor.

# PHARMACOPOEA BRVXELLENSIS.

## CLASSIS PRIMA.
### De Medicamentis ſimplicibus, in Officinis adſervandis.

RADICES.

ACORI veri.
Altheæ.
Anchuſæ.
Angelicæ.
Apii.
Ariſtolochiæ longæ.
rotundæ.
fabaceæ.
Aſparagi.
Aſari.
Bardanæ.
Biſtortæ.
Bryoniæ.
Calami aromatici.
Carlinæ.
Chynæ.
Cyclaminis.
Conſolidæ majoris.
Contra-yervæ.
Coſti.
Curcumæ.
Cyperi.
Diptami albi.
Doronici Romani.
Ellebori utriuſque.
Enulæ Campanæ.
Eringii.
Eſulæ utriuſque.
Filicis maris & fœminæ.

Fœniculi.
Galangæ.
Gentianæ.
Glicyrrhizæ.
Graminis.
Hermodactylorum.
Ialappæ.
Ireos Florentinæ.
Imperatoriæ.
Mexioacanæ.
Meu.
Nympheæ.
Ononidis.
Oſmundæ communis.
Regalis.
Petaſitidis.
Pentaphylli.
Petroſelini.
Pęoniæ.
Polypodii quercini.
Phu, *ſeu*, Valerianæ.
Pyrethri.
Rhabarbari.
Rhapontici.
Rubiæ tinctorum.
Ruſci.
Salſæ Parillæ.
Satyrionis.
Scyllæ.
Scorzonneræ.
Tormentillæ.
Turbith.
Zedoariæ.
Zinziberis.

*His adnumerentur* FUNGI.

Agaricus.
Auricula Iudæ.

## CORTICES.

AVrantiorum.
Cinnamomi.
Caſſiæ ligneæ.
Citriorum.
Rad. Capparorum.
Eſulæ minoris.
Fabarum majorum.
minorum.
Granatorum.
Ligni Guajaci.
Macis.
Mandragoræ.
Tamariſci.

LIGNA.

## LIGNA.

Lignum Aloës.
Aſpalathum.
Guajacum.
Nephriticum.
Santalum album.
citrinum.
rubrum.
Saſſafras.
Viſcus quercinus.
Xylobalſamum.

## HERBÆ ET FOLIA.

ABrotanum.
Agrimonia.
Abſinthium vulgare.
Romanum.
Adianthum utrumque.
Ageratum, *ſeu* Eupatorium Meſuæ.
Alchimilla.
Althæa.
Ambroſiana. *i.* Salvia ſylveſtris.
Argentina.
Arthemiſia.
Auricula muris.
Betonica.
Burſa paſtoris.
Calamentum.
Capillus Veneris.
Chamædris.
Chamepithys.
Caprifolium.
Carduus benedictus.
Cauda equina.
Ceterach.
Cuſcuta.
Dictamnus Creticus.
Epithymus.
Euphragia.
Fumaria.
Garyophilata.
Geranium. *i.* Herba Roberti.
Gnaphalium purpureum montanũ, *i.* Pes Cati.
Hepatica, *i.* Lichen.
Herniaria.
Hyſſopus.
Lavendula.

Laurus.
Lingua cervina.
Lupulus.
Majorana.
Malva.
Malobathrum.
Marrubium.
Matricaria.
Meliſſa.
Mentha.
Mentaſtrum.
Mercurialis fœmina.
Millefolium.
Myrthus.
Olivæ folia.
Origanum.
Oſmunda Regalis.
Parietaria.
Pentaphyllum.
Perſicorum folia.
Plantago latifolia.
longior.
Polium montanum.
Primula veris.
Pulegium.
Pulmonaria maculoſa.
Pulmonaria arborea. *i.* Muſcus arboris fagi.
Pyrola.
Quercus folia.
Roſmarinus.
Ros Solis.
Rutha.
Sabina.
Salvia utraque.
Sanicula.
Satureia.
Saxifragia.
Scabioſa.
Schordium.
Senæ folia, & folliculi.
Serpillum.
Soldanella.
Spica Nardi.
Celtica.
Indica.
Tanacetum.
Tapſus barbatus.
Thymus.
Tuſſilago.
Verbena.
Veronica.



Vio-

Violaria.
Virga aurea.
Vſnea. *i.* Muſcus cranei humani.

FLORES.

ANethi.
Balauſtiarum.
Betonicæ.
Borraginis.
Bugloſſæ.
Calendulæ.
Garyophylli, *ſeu*, Tunicis officinarum.
Centaurei minoris.
Chamomillæ.
Croci.
Cyani camporum.
Geniſtæ.
Hypericonis.
Keyrini.
Lavendulæ.
Meliloti.
Nenupharis albi.
Papaperis rubri.
Populi oculi. *i.* Gemmæ.
Roſarum rubearum.
Roriſmarini. *i.* Anthos.
Salviæ.
Sambuci.
Schœnanthos.
Stæchados.
Tuſſilaginis.
Violarum.
Verbaſci.

FRUCTUS.

ALkekengi.
Amygdalæ dulces.
amaræ.
Anacardi.
Berberis.
Capita papaveris albi.
Carpobalſamum.
Caryophylli.
Caſſia fiſtularis.
Colocynthis.
Cupreſſi nuces.
Dactyli.
Ficus.
Gallæ.
Glandes quercinæ.

Glandium caliculi.
Iujubæ.
Iuniperi baccæ.
Lauri baccæ.
Meſpila immatura.
Myrabolani Belliricæ.
Chebulæ.
Citrinæ.
Emblicæ.
Indæ.
Myrtylli.
Nux muſchata.
Nux vomica.
Paſſulę majores.
minores.
Pini nuclei.
Piper album.
nigrum.
longum.
Piſtachia.
Pruna Damaſcena.
Sebeſten.
Tribuli aquatici.
Tamarindi.

SEMINA.

ACetoſæ.
Agni caſti.
Altheæ.
Ameos.
Amomi.
Anethi.
Aniſi.
Apii.
Aquilegiæ.
Aſparagi.
Bardanæ.
Bombacis.
Cannabis.
Cardamomi majoris.
minoris.
Cardui benedicti.
Carpobalſami.
Carthami.
Carui.
Catriputiæ.
Cicerum rubeorum.
alborum.
Citri.
Citrulli.

Co-

Coriandri.
Cubebę.
Cucumeris.
Cucurbitę.
Cumini.
Cytoniorum.
Dauci Cretici.
vulgaris.
Ebuli.
Endiviæ.
Fœniculi dulcis.
vulgaris.
Fœni-græci.
Fraxini.
Fumariæ.
Geniſtæ.
Granorum paradiſi.
Hordeum mundatum.
perlatum.
Hypericonis.
Iuſquiami albi.
nigri.
Kermes.
Lactucæ.
Leviſtici, *vel* Liguſtici.
Limonum.
Lini.
Luppini.
Malvæ.
Melonum.
Milii Solis.
Naſturtii.
Nigellæ.
Ocimi, *i.* Baſiliconis citrati.
Orobi.
Pæoniæ.
Papaveris utriuſque.
Petroſelini Macedonici.
vulgaris.
Plantaginis,
Portulaceę.
Pſillii.
Raphani.
Ruſci.
Ruthę.
Saxifragię.
Scariolę.
Sileris montani.
Sinapeos albi.
Solatri.
Staphiſagrię.

Su-

Sumach.
Thlaſpeos.
Urticæ.
Uvarum acinora.
Zedoariæ. *i.* contra vermes.

### Farinæ.

Fabarum.
Fœnigræci.
Hordei.
Lentium.
Lupinorum.
Lini.
Orobi.
Radicum Althææ.
Volatilis.

### Succi liquidi.

Acetoſæ.
Agreſtæ.
Borraginis.
Cicorei.
Cytoniorum.
Fumariæ.
Granatorum.
Limonum.
Roſarum pallidarum. *i.* earum infuſio.

### Succi condensati, *Gummi, & Reſinæ.*

Abſinthii ſuccus.
Acacia vera.
Aloë.
Ammoniacum.
Amylum.
Aſſa fœtida.
Balſamum Peruvianum.
Bdellium.
Benzoinum.
Bitumen Iudaicum. *i.* Aſphaltum.
Camphora.
Colophonia.
Elaterium.
Eupatorii Meſuë ſuccus. *i.* Agerati.
Euphorbium.
Galbanum.
Guttajemou. *i.* Gutta gamma.
Glicyrrhizæ ſuccus.

Gum-

Gummi Arabicum.
Animę.
Caraña.
Ceraſorum.
Elemi.
Hederę.
Tragacanthi.
Hypociſtidos ſuccus.
Lacca.
Laudanum.
Liquidambar.
Manna.
Maſtiche.
Myrrha.
Opium.
Opobalſamum.
Opoponax.
Pix.
Reſina Therebintina.
Veneta.
communis.
Laricea.
Pini.
liquida.
Saccharum album tur-
binatum.
candum album.
rubrum.
violaceum.
conglobatum.
farinaceum.
rubrum.
Sagapenum.
Sandaraca.
Sanguis Draconis.
Sarcocolla.
Scammonium.
Styrax calamita.
liquida.
Succinum album.
citrinum.
Tacamahaca.
Tartarum album.
Thus maſculum *i.* Oli-
banum.
vulgare.

ANIMALIA, EORVM PAR-
*tes & Excrementa.*

ADeps anatis.
anſeris.
ardeę.

Capi.
Canis.
Gallinæ.
Hominis.
Alcis ungula.
Aſelli. *i.* Millepedes.
Axungia Cuniculi.
Porci.
Taxi.
Vrſi.
Butyrum Majale.
Bezar orientalis.
occidentalis.
Cancri oculi.
Cantharides.
Caſtoreum.
Cera alba.
flava.
Cervi genitale.
Cornu Cervi.
Cranium hominis violentâ morte extincti, & inhumati.
Ebur.
Hepar Lupi.
Hirudines.
Hirundinum nidus.
Icthyocolla.
Lana ſuccida.
Lucii mandibulæ.
Lumbrici terreſtres.
Medulla cervina.
Medulla cruris Bovis.
Mel.
Moſchus.
Mumia.
Oeſypus humida.
Os è corde Cervi.
Ovorum teſtæ, è quibus pulli excluſi ſunt.
Priapus Tauri.
Pili Leporis.
Pulmo Vulpis.
Sanguis hircinus.
Scincus marinus.
Sæpiæ os.
Serici folliculi.
Sevum cervinum.
hircinum.
Sperma Cœti.
Spodium ex ebore.
Stercus caninum. *i.* Album

bum Græcum.
Zibettum.

Mineralia, Metallica, *& Lapides.*

Æ Rugo.
Æs uſtum.
Alabaſtrum.
Alumen rochæ.
Zuccarinum.
plumeum.
uſtum.
Antimonium vitratum.
crudum. *i.* ſtybium.
Argentum foliaceum.
Argentum vivum.
Argilla Cimolia. *i.* Creta alba.
Arſenicum album.
Auri pigmentum. *i.* Arſenicum croceum.
Aurum foliaceum.
Bolus Armenus.
Bolus communis albus.
rubeus.
Borax.
Chalybs.
Chalcitis. *i.* Vitriolũ alb.
Ceruſa.
Cinnabaris.
Chryſtallus.
Ferri ſcoria.
Gypſum.
Lapis Ætites. *i.* Aquilæ.
Armenius.
Calaminaris.
Granatus.
Gagates.
Hęmatites.
Hyacinthus.
Iudaicus.
Lazuli.
Lyncis.
Nephriticus.
Rubinus.
Sapphyrus.
Sardus. *i.* corneolus.
Smaragdus.
Turcoſius. *i.* æran9.
Lithargirium aureum.
argenteum.
Magnes.

Marchaſita.
Minium.
Plumbum crudum
uſtum.
Pompholyx.
Sal Armoniacum.
Gemmę.
Nitri. *i.* Petrę.
Sublimatum.
Sulphur flavum.
vivum.
Terra ſigillata orientalis.
cõmunis.

Tuthia officinarum.
Vitriolum album.
viride.

MARINA.

AMbra griſea.
Blatta Byſanthia.
Corallum album.
rubrum.
Corallina.
Margaritæ.
Pumex.
Spongia.

## De collectione Simplicium.

RADICES *evellantur inclinante vere, aut æſtatis initio, poſt primorum foliorum eruptionem; tunc enim ſucco probè concocto turgent, & crudi, excrementitiiq; humoris quàm minimùm habent: Quo tempore eas ſummarum virium & maximè medicamentoſas eſſe Authores affirmant, neque ratio refragatur. Hujus autem perfectionis & maturitatis ſignum eſt, quando nec nimis molles, humidæq; ſunt, nec nimis duræ & lignoſæ. Eruuntur autem aëre ſereno, & in plenilunio. Excipiunt aliqui radicem Pæoniæ maris, quam in declinatione lunæ evelli volunt.*

HER-

HERBÆ *colligendæ ſunt quando folia magnitudine, colore, & odore vigent, præſertim quæ cacumini ſunt propiora; ut Abſinthium omne, idq́; cœlo ſicco & ſereno, atque tempore meridiano.*

FLORES *decerpendi ſunt in vigore ſuæ maturitatis, non dehiſcentes aut decidui; flores verò Roſarum ante apertionem avellendi ſunt pro Conſervâ conficiendâ.*

FRUCTUS *priuſquàm decerpantur, probè maturi ſint oportet; (niſi datâ operâ, immaturi expetantur, uti Meſpila, Sorbi, &c.) Deinde exſiccentur vel in aëre, ſole, &, ſi opus ſit, in clibano, poſt panis extractionem: quod ſi unâ vice exſiccati non ſint, poſtridiè denuò immittantur.*

SEMINA *colligenda ſunt quando ſunt matura, & fructus quibus includuntur etiam maturi; & in loco ſicco, non calido ad uſum reponantur.*

CORTICES *avelluntur quando arbores in pleno vigore ſunt: Craßiores manu avellantur ſi leviter adhæreant, ſin autem tenaciùs, ferro abſcindantur: tenues verò & membranoſi, ut Sambuci, Fraxini, &c. cultello abradantur.*

# PONDERA MEDICA,

## Quæ hîc & ubiq; gentium debent eſſe æqualia, hæc ſunt.

GRANUM, *quod pondus minimum eſt, & aliorum omnium baſis ac fundamentum, intelligi debet granum nummarium, quo Aurifabri utuntur, quod omnibus mundi nationibus unum idemq́ eſt, & ſtabile, quod auri ſacra fames & opum furioſa libido, inviolatè & incurruptè ſervat: ſic autem notatur.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Granum, *ſic notatur*, | G. *vel*, gr. | | |
| Obolus, | ℈ſ. | *pendet* | gr. x. |
| Scrupulus, | ℈j. | | gr. xx. |
| Drachma, | ʒj. | | ℈iij. |
| Semuncia, | ℥ſ. | | ʒiiij. |
| Vncia, | ℥j. | | ʒviij. |
| Selibra, | lib. ſ. | | ℥vj. |
| Libra, | lib. j. | | ℥xij. |
| Seſquilibra, | lib. j. ſ. | | ℥viij. |

# MENSVRÆ.

Manipulus *ſic notatur*, M. j. *quantum manu comprehendi poteſt.*

Pugillus, P. j. *quantum tribus digitis capi poteſt.*

*Se-*

*Sequentia hoc modo notantur.*

| | |
|---|---|
| Numero, | N.° |
| Paria, | par. |
| Ana, | ā. *i.* cujuſq; *vel* ſingulorum. |
| Partes ęquales, | part. æq. |
| Quantum ſufficit, | q. s. |
| Secundùm artem, | ſ. a. |
| Balneũ Marię, *vel* maris, | B. M. |

## ANNOTATIO

*Quorumdam Simplicium, quibus ſubinde in præſcriptionibus conjunctim utimur.*

### *Quinque Radices aperitivæ.*

Graminis.
Aſparagi.
Fœniculi.
Petroſelini.
Ruſci.

### *Quatuor Herbæ emollientes.*

Malva.
Althęa.
Violaria.
Parietaria, *vel* Mercurialis.

*Quin-*

## *Quinque Herbæ Capillares.*

Capillus Veneris.
Adianthum album.
Adianthum nigrum.
Lingua cervina.
Polytrichum.

## *Tres Flores cordiales.*

Borraginis.
Bugloſſę.
Violarum.

## *Quatuor Semina calida Majora.*

Aniſi.
Carui.
Fœniculi.
Coriandri.

## *Quatuor Semina calida Minora.*

Apii.
Dauci.
Ameos.
Amomi.

*Qua-*

*Quatuor Semina frigida Majora.*

Cucumeris,
Cucurbitæ.
Citrulli.
Melonum.

*Quatuor Semina frigida Minora.*

Lactucæ.
Portulacæ.
Endiviæ.
Cicorei.

*Quinque Lapidum pretioſorum fragmenta.*

Granati.
Hyaciuthi.
Saphyri.
Sardi ſeu Carneoli.
Smaragdi.

# CLASSIS SECVNDA.

## De Aquis, Acetis, Succis, & Decoctis.

### *Aquæ Simplices Stillaticiæ.*

ABſinthii.
Acetoſæ.
Agrimoniæ.
Arthemiſiæ.
Betonicæ.
Borraginis.
Bugloſſæ.
Burſæ paſtoris.
Calendulæ.
Camomillæ.
Caprifolii.
Cardui benedicti.
Chelidonii.
Cichorei.
Cochleariæ.
Corticum nucum juglandium.
Endiviæ.
Euphragię.
Farfarę.
Fœniculi.
Florum Fabarum.
Lavendulę.
Lilior, alborum.
Lilior convallium.
Roſarum,
Tilię arboris,
Fragorum.
Fumarię.
Graminis.
Hyſſopi.
Lactucę.
Matricarię.
Meliſſę.
Oſmundę.
Papaveris rubri.

Plan-

Plantaginis.
Portulacę.
Roris ſolis.
Salvię.
Scabioſę.
Schordii.
Scorſonnerę.
Solatri.
Spermatis ranarum.
Veronicę.

## De modo deſtillandi & diverſitate inſtrumentorum.

QVEMADMODUM *herbæ variam habent naturam, ſic non omnes eodem modo & iiſdem Inſtrumentis deſtillandæ ſunt: Itaq; herbæ quarum præcipua vis in ſolâ humiditate conſiſtit, quæq; ſiccatæ nihil ſolidæ ſubſtantiæ relinquunt, ſed marceſcunt, & evanidæ fiunt, debent per ſe deſtillari ſine ullius humiditatis additione, idq; in* Campanis ſtanneis (*Nam plumbææ propter Ceruſam nocivæ ſunt) quarum copia ex Angliâ haberi poteſt; tales autem herbæ ſunt*, acetoſa, borrago, bugloſſa, &c.

*Herbæ verò calidæ quæ adjectitiâ humiditate egent, jam exſiccatæ macerantur ſuperfusâ aquæ quantitate ſufficienti, per tres dies naturales, ita ut ad digitum unum ſuperemineat:* Dein *per* refrigeratorium *moderato igne deſtillantur ne fumum emittant & empyreuma contrahant, & per aliquot ſeptimanas ſoli exponuntur. Tales autem herbæ ſunt* ſalvia, hyſſopus, lavendula &c. *Herbæ autem*

*mediæ qualitatis ut* arthemiſia, betonica, meliſſa, carduus benedictus &c. *affusâ priùs aquâ ad digitum unum ſupereminente, & in maceratione in loco calido per tres dies detentæ, debent per* veſicam *deſtillari. Eſt autem* veſica *inſtrumentum quo communiter elicitur* Aqua vitæ, *quod debet eſſe æneum ſtanno incruſtratum, & capitellum ſimiliter æneum vel ſtanneum cujus roſtrum tubulo ſtanneo multis gyris in orbem circumvoluto inditur, & ſic per vas aquâ plenum deſtillatur: Aqua vaſis ferventior reddita per epiſtomium inferiùs emittitur, & frigida deſuper infunditur. In* veſicâ *etiam deſtillantur* Flores tiliȩ, folia roſarum *& ſimilia; anteà verò ſuperfusâ aquæ quantitate ſufficienti macerentur, & relinquantur in putrefactione per* xx. *aut plures dies, &* oleum roſarum *ſupernatabit. Alia deſtillanda ſive* ſuplicia *ſive* compoſita, *quæ validum ignis calorem ſuſtinere nequeunt & quorum vis facile evaneſcit, per* balneum Mariȩ, *extrahuntur. Nobis autem (ſalvo ſaniori judicio) videntur hi deſtillandi modi, & Inſtrumenta prædicta ſufficere pro uſu ordinario Officinarum. Cæterùm, quod attinet deſtillationem* oleorum, *ſicut* myrrhȩ, aniſi, fœniculi, ſuccini *& ſimilium, quia magnum temporis diſpendium adferunt, & variam inſtrumentorum ſupellectilem requirunt, èq; emporiis ſufficienter haberi poſſunt, eorum extrahendi modum ſtudio omiſimus.*

*Aqua*

## *Aqua Mellis.*

℞. Mellis albiſsimi q. ſ.

*Indatur cucurbitæ amplæ, terreæ, & meliùs cupreæ, dum octupla circiter pars repleatur, & diſtilletur in balneo ſicco. Fæces autem quæ in fundo, inſtar ceræ alvearis reſident, reſerventur ad uſum. Et aqua in phiala reponatur & inſoletur.*

## *Aqua Cinnamomi.*

℞. Cinnamomi ruditer contuſi lib. ſ.
Vini albi, lib. jv.
Aq. Bugloſsi,
Meliſſę ana, lib. ſ.

*Macerentur ſimul per tres dies in cucurbitâ benè obturatâ, deinde deſtillentur per refrigeratorium, & ſic propter olei Cinnamomi commixtionem, erit lactei coloris, quæ ejus perfectionis nota eſt.*

# AQVÆ COMPOSITÆ.

## *Aqua Theriacalis.*

℞. Theriacę Andromachi,
Mithridatii Damocratis ana lib. ſ.
Specierum lętitię ℥j.

Foliorum ſcordii,
Dictamni Cretici, ſiccatorum ana ℥ſ.
Radicum Tormentillæ ℥j.
Croci ʒij.
Syrupi acetoſitatis Citri lib. ſ.
Spiritus vini optimè depurati lib. j.
*Omnia macerentur ſimul ſ. a. per xxjv. horas in cucurbitâ benè obturatâ, dein deſtillentur per balneum Mariæ.*

## *Aqua Catharralis.*

℞. Florum Salviæ,
Roriſmarini,
Lavendulæ, recentium,
Garyophillorum,
Nucis muſcatæ,
Cinnamomi,
Sacchari ana ℥ij.
Granorum paradyſi,
Macis,
Rad. Zedoariæ,
Seminum Coriandri,
Piperis longi,
Piperis nigri ana ℥j.
Foliorum ruthæ,
Abſinthii recentium ana ʒij.
Pomum aurantiũ inciſum unum. *Contundenda ſ. a contundantur & incidenda incidantur, dein infundantur in*

Vini rhenenſis lib. viij.

Vini Malvatici lib. jv. *Per plures dies, & per refrigeratorium deſtillentur.*

## *Aqua vitæ Aulica.*

℞. Radicum enulæ Campanæ ℥iij.

Galangæ,

Aniſorum ana ℥jſ.

Croci ʒiij.

Calamenti Mijſ.

Pulegii,

Dictamni Cretici,

Majoranæ,

Arthemiſiæ,

Agrimoniæ ana Mjſ.

Garyophillorum ʒiij.

*Incidenda incidatur & terenda terantur, dein ſuperaffunde*

Spiritus vini optimi lib. vj.

*Deſtillentur in alembico vitreo, deſtillatis adde*

Aquæ Meliſſæ ℥ix.

Aquæ Cinnamomi ℥vij.

Sacchari albi lib. ſ.

## *Aqua Hirundinum.*

℞. Pullorum hirundinum vivo corpore laceratorum aut diſſectorum n°. xxiv.

Viſci

Viſci quercini ℥iij.
Nucleorum ſeminum pęonię ℥j.
Radicum pęonię maris ℥ij.
Aquæ liliorum convallium,
Aq. florum ſambuci,
Pęonię,
Tilię ana lib. ijſ.

*Miſce ſ. a. & ſtent in infuſione per horas xxiv. in loco calido, & deſtillentur per balneum Mariæ, reſervetur liquor ſtillatitius ad uſum.*

# ACETA.

## *Acetum Scylliticum.*

℞. Tunicarum ſcyllę ex arte præparatæ lib. ſ.
Aceti fortiſſimi ex vino lib. iv.

*Miſce in vaſe vitreo benè obturato, & Inſolentur per xxxx. dies, abjiciantur dein tunicæ & acetum tranſcolatum ad uſum ſervetur.*

*Acetum roſarum,*
*Calendulæ*
*Sambuci.*

*Fiunt eodem modo pro uniuſcujuſq; arbitrio, quemadmodum alia quam plurima. ſc.*

℞. Flo-

℞. Florum ſupraſcriptorum in umbrâ exſiccatorum lib. ſ.
Aceti vini lib. v.
*Inſolentur æſtivis caloribus in vaſe vitreato anguſti oris, & abjectis floribus acetum reponatur.*

## *Acetum Theriacale.*

℞. Radicum Chelidonii majoris ℥jſ.
Angelicæ,
Oſtrutii,
Gentianæ,
Biſtortæ,
Valerianæ,
Pimpinellæ,
Diptami albi,
Carlinæ,
Zedoariæ ana ℥ſ.
Plantaginis majoris ʒij.
Fol. ſchordii,
Cardui benedicti,
Dictamni cretici, ana p. ij.
Foliorum ruthæ,
Salviæ ana Mj.
Summitatum rubi,
Sambuci ana Mij.
Corticum & ſeminum Citri ana ʒiſ.

Granorum Iuniperi ʒij.
Nucleorum nucum Iuglandium ℥ij.
Santali Citrini ʒij.
Theriacæ Andromachi ℥ſ.
Infundantur ſ. a. in
Aceti vini optimi lib. iv.
*Et ſic ſimul in vitro probè clauſo infuſa permaneant ad uſum.*

Hoc loco præſcriptis acetis non incommodè adjungentur *Oxycratum* ſeu *Poſca* & *Oxyrhodinum.*

Oxycratum, *ſeu* Poſca, *fit ex parte unâ* Aceti *&* *ſex* Aquæ.

Oxyrhodinum *verò paratur ex parte unâ* Aceti roſati, *&* *tribus* Olei roſati *partibus.*

## LIQVORES ACIDI,

*ab aliis*

## Spiritus dicti.

### Spiritus *ſeu* Acetum Vitrioli.

℞. Vitrioli Romani calcinati ad rubedinem & triti *Quant. ſuff.*

*Indatur Retortæ bene lutatæ, cujus capacitatis tertia pars tantum impleatur, aptetur ei vas recipiens amplum. Deſtil-*

*letur primo igne lento, donec quaſi odor ſulphuris perſentiatur, poſteà auctis ignis gradibus continuetur deſtillatio ad xxiv. horas: tandem totum rectificandum eſt per cucurbitam non nimis altam.*

## *Spiritus Sulphuris.*

℞. Sulphuris flavi & recocti q. ſ.

*Indatur crucibulo capaci, intùs & exteriùs terrâ Cimoliâ .i. cretâ, benè perfricto, loco ac tempore humidiori; accendatur ſub vitreâ Campanâ ſatis capace, quæ tantum aëris ſolùm admittat, quantum ſufficit ne ſulphur accenſum extinguatur. Fumus aſcendens in liquorem reſolvetur, vitreatâ paropſide, Campanâ ampliore, excipiendus.*

# Liquores per deliquium.

## *Liquor Sacchari.*

℞. Sacchari candi pulveriſati q. ſ.

*Indatur albuminibus ovorum ad duritiem coctis, & exempto vitello per longitudinem inciſis; tùm albumina conjungantur, & funiculis planis conſtricta in loco humido ſuſpendantur, & in ſuppoſitam paropſidem ſtillabunt. Alii idem præſtant in Corticibus Limonum aut malorum citriorum excavatis.*

## *Liquor ſeu oleum myrrhæ.*

℞ Myrrhæ pulveriſatæ q. ſ.

*Indatur albuminibus ovorum ut præcedens, & ſimiliter ſtillabit in liquorem, quo recenti ſemper utendum eſt.*

## *Liquor Tartari.*

℞. Tartari vini albi in fornace figuli, (ſed in vaſe crudo poſiti,) calcinati. q. v.

*Pulveriſatum indatur Manicæ Hippocratis laneæ & in loco humidiori ſuſpendatur, ſtillans liquor ſuppoſito vaſe excipiatur & filtretur.*

*Idem fit ſi* Tartarum calcinatum *& pulveriſatum ut ſuprà, imponatur veſicæ bubulæ, quæ arctiſſimè ligata per noctem è fune ſuſpendatur circà fundum putei aquei, & manè fuſus liquor per filtrum aut chartam emporeticā tranſcoletur.*

## SVCCI LIQVIDI ET CONDENSATI.

Succi liquidi in officinis aſſervandi ſunt.

Succus Acetoſæ.
Agreſtæ,
Betonicæ,
Borraginis,
Cicorei,
Cytoniorum,
Endiviæ,

Fuma-

Fumariæ,
Granatorum,
Limonum.
Succi condenſati ſunt
Abſinthii,
Eupatorii.

## De Succorum extractione.

SVCCI è variis extrahuntur; nempe radicibus, herbis, floribus, fructibus, &c. Extractio fit vel ex herbis viridibus & ſucculentis, vel ex herbis pauco & lento humore præditis. De primis nulla eſt difficultas, ſi inciſæ & in pilâ marmoreá contuſæ in torculari exprimātur poſtea levi coctione ſeparentur, & refrigerati per pannum laneum tranſcolentur; & demûm in lagenis reponantur, & ſuperfuſo oleo, ad uſum reſerventur. Secundi, uti è Borragine, Buglosſâ, portulacâ, &c. ita præparantur: Herbæ inciduntur & contunduntur, ut ſuprà, deinde reponuntur in paropſide figulinâ vitreatá, & in pavimento penu per xxiv. horas collocantur, tum exprimuntur, ut antè, ſuccumq; reddunt uberem & copioſum, quia lentor, humiditate cellæ attenuatur. De Succis inſpiſſandis, quales ſunt glycyrrhiſæ, hypociſtidos, acatiæ, &c. Supervacaneum duximus mentionem facere; cùm apud nos raró præparentur, & in copiâ ex Emporiis haberi poſſunt. Annotandum tamen ſuccos abſinthii & Eupatorii adjecto pauco Melle, lento igne in ſpiſſitudinem coqui & in vaſe plumbeo conſervari.

# DECOCTA.

*Decoctum ſeu aqua hordei.*

℞. Hordei integri & mundi lib. ſ.
Aquæ communis lib. x.
*Coque ad dimidias.*

## *Ptiſana Simplex.*

℞. Hordei integri & mundi ℥iv.
Aquæ communis lib. x. *Coquantur ad hordei crepaturam, tunc adjice*
Glicyrrhiſæ raſæ ℥ſ.
Aniſorum contuſorum ʒij.
PASSULATA *fiet ſi addantur*
Paſſularum ab acinis repurgatarum ℥iij.
*Quod tamen non niſi ex præſcripto medici faciendũ eſt.*

## *Cremor Hordei.*

℞. Hordei mundati ℥ij.
Aquæ communis q. ſ.
*Decoque ad Crepaturam, tum trajiciatur per ſetaceum.*
*Ad lib. ſ. adde Sacchari albi, Aquæ roſarum q. ſ. ad ſaporis gratiam.*

## *Hordeatum commune.*

℞. Decocti hordei lib. i.
Amygdalarum dulcium mundatarum ℥ſ.
*Piſtentur amygdalæ, & additis ſacchari albi, & aquæ roſarum q. ſ. fiat hordeatum.*

## *Lac Amygdalinum.*

℞. Decocti hordei lib. j.
Amygdalarum dulcium mundatarum ℥ij.
*Piſtentur Amygdalæ, dein adde* ſacchari albi, Aquæ roſarum *ana q. ſ.*

## *Decoctum commune medicinæ.*

℞. Hordei mundati ℥j.
Sebeſten nº. xij.
Uvarum paſſarum exacinatarum, ℥j.
Glicyrrhiſæ raſæ ʒiij.
Florum borrag, bugloſſ., violarum ana pj.
Amiſorum ʒij.
Aquæ fontis lib. ij.
*Decoq. ſ. a. ad iij. partis conſumptionem. Colatura ſervetur ad uſum.*

## *Decoctum commune ſolutivum.*

℞. Superioris Colaturæ lib j.

Folio-

Foliorum ſenæ ʒvj.
Aniſorum contuſorum ʒij.
*Decoquantur ad iij. partis conſumptionem coletur pro uſu.*

## *Decoctum pectorale.*

℞. Hordei mundati ℥j.
Uvarum paſſarum exacinatarum ʒvj.
Foliorum farfaræ,
Capill. Veneris, ana M ſ.
Hyſſopi ʒij.
Iujubas,
Sebeſten ana nº. x.
Aniſorum ʒiſ.
*Decoquantur ſ. a. in ſ. q. aquæ ad lib. ij. Colatura ſervetur ad uſum.*

## *Decoctum clyſteris emolliens.*

℞. Foliorum malvæ,
Althææ
Violariæ,
Betæ,
Mercurialis ana Mj.
Florum meliloti,
Summitatum anethi ana M ſ.
Seminis fœniculi ℥ſ.
*Decoquantur ſ. a. in ſ. q. aquæ communis ad lib. j. Colatura ſervetur ad uſum.*

*Deco-*

## *Decoctum Carminativum.*

℞. Seminum Aniſi,
Carni,
Cumini,
Fœniculi ana ʒiij.
Florum Camomillæ,
Summitatum Anethi ana M ſ.
Uvarum paſſarum ℥j.
*Decoquantur in aquæ lib. ij. ad dimidias & colentur.*

## *Decoctum Petri Foreſti.*

℞. Hordei mundati ℥ij.
Cicerum rubeorum ℥iij.
Caricas pingues nº. ix.
Sebeſten nº. vij.
Glycyrrhiſæ raſæ ʒvj.
Seminum Malvæ,
Altheæ ana ʒiij.
Seminum iv. frigidorum majorum ana ʒij.
*Decoquantur ex Aquæ fontis lib. iv. ad dimidias.*

## *Decoctum Arcæi.*

℞. Hordei mundati contuſi,
Paſſularum mundatarum ana ℥iij.
Radicum Bugloſſi inciſarum M iij.
Radicum Petroſelini ℥j.

Foliorum Cardui benedicti Mj.
Iujubas n°. xx.
Pruna Damaſcena n°. xv.
Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ ℥j ſ.
Seminum iv. frigidorum majorum ana ℥ ſ.

*Decoquantur ſ. a. in aquæ communis lib. xiiij. ad conſumptionem tertiæ partis: forti expreſſioni adde,*

Penidiorum ℥iij.
Syrupi è ſucco Roſarum rubrarum.
Syrupi de ij. radicibus ſine aceto ana ℥iij.
Sacchari albi lib. ſ.
Cinnamomi ʒj ſ. Mſce..

## *Decoctum Vulnerale.*

℞. Rad. Conſolidæ majoris ſiccatarum,
Alkannæ .i. Anchuſæ,
Tuſſilaginis,
Rubiæ tinctorum ana ʒiij.
Foliorum Meliſſæ,
Millefolii,
Saniculæ,
Pyrolæ,
Betonicæ,
Agrimoniæ,
Bugulæ,
Alchimillæ,

Vero-

Veronicæ ana M ſ.

Mumiæ ℨiij.

Spermatis cœti ℨj.

*Bulliant in vini Rhenani, & aquæ communis partibus æqualibus ad lib iij. addendo* Sacchari penidei ℥j.

*Coletur pro uſu.*

## *Aqua,* ſeu *Collyrium Lanfranci.*

℞. Vini albi,

Aquarum Roſarum,

Plantaginis,

Solatri ana ℥iv.

Aluminis rochæ,

Sacchari candi ana ℥ ſ.

Vitrioli albi,

Viridis æris ana ℨij.

Pulveris Ariſtolochiæ rotundæ ℨiij.

*Bulliant ſimul duabus aut tribus ebullitionibus. Colat. adde*

Pulv. præcipitati ℨij.

*Miſce, ſervetur in phialâ ad uſum.*

## *Lac Virginale.*

℞. Aluminis crudi ℥iv.

Aquæ fontis lib. ij.

*Decoquantur ad tertias, poſtea*

℞. Litargirii auri lib. ſ.

Aceti vini lib. iſ.

*Decoquantur ad remanentiam lib j. Colentur & commiſceantur ambæ aquæ, ac tamdiu ſpatulâ agitentur donec albeſcant.*

---

# CLASSIS TERTIA.

## De Melitis, Syrupis & Looch.

### *Hydromel Simplex.*

℞. Mellis albi lib. j.
Aquæ fontis lib. viij.

*Decoquantur ſimul benè deſpumando, ut ovum recens impoſitum ſupernatare poſſit.*

### *Oxymel Simplex.*

℞. Mellis optimi lib. iv.
Aquæ fontis lib. j.

*Decoquantur ſ. a. ſemper deſpumando, ad aquæ conſumptionem, tum adde Aceti vini acerrimi lib. ij. Miſce ſine ulteriore coctione.*

### *Oxymel Scylliticum.*

℞. Mellis optimi cocti & deſpumati ut ſupra lib. iij.
*Amotis ab igne affunde,*

Aceti

Aceti ſcyllitici lib. ij. *Miſce.*

## *Oxymel Scylliticum compoſitum.*

℞. Radicum Apii,
Fœniculi ana ℥ij.
Radicum Petroſelini,
Ruſci,
Aſparagi.
Seminum Apii,
Fœniculi ana ℥j.

*Coquantur* ex aquæ lib. vj. *ad dimidias. Colaturæ adde*
Mellis albi lib. ij.

*Poſt coctionem & deſpumationem, affunde*
Aceti ſcyllitici lib. j. *Miſce.*

## *Mel Mercuriale.*

℞. Succi herbæ Mercurialis fœminæ ſ. a. depurati lib. iij.
Mellis lib. iv.

*Coq. ſ. a. in ſyrupi conſiſtentiam.*

## *Mel roſatum ſimplex.*

℞. Roſarum rubearum recentium lib. iij.
Aquæ fontis calentis lib. xij.

*Infundantur ſimul per xxiv. horas, & exprimantur, idq́; cum eâdem infuſione tertiò iteretur; deinde infuſio expreſſa cum*

Mellis lib. iv.

*Coquatur in ſyrupi conſiſtentiam.*

## *Dia-morum.*

℞. Succi Mororum immaturorum lib. j.
Succi Batinorum, ſeu Rubi vulgaris lib. ſ.
Mellis optimi deſpumati lib. iv.

*Coquantur in ſyrupi conſiſtentiam.*

## *Dia-nucum.*

℞. Succi corticum viridium Juglandium lib. iv.
Mellis optimi deſpumati lib. iij.

*Coquantur in ſyrupum ſpiſſum.*

## *Syrupus Acetoſus Simplex.*

℞. Sacchari albi ad conſiſtentiam tabulati cocti lib. iij.

*Illi ab igne remoto & adhuc ſatis calenti, adde*
Aceti vini acerrimi lib. j. Miſce.

## *Syrupus Agreſtæ.*

*Iſte ſyrupus paratur eodem modo quo præcedens, quemadmodum.*

## *Syrupus Cytoniorum.*
## *Granatorum.*
## *Limonum.*

*Animadvertendum, quòd* Syrupi *qui ex* Aceto *&* acidis ſuccis *conficiuntur,* Saccharo *coĉto in formam tabulati, aliquantulum refrigerato, commiſcentur; ſed in vaſis figulinis antè coquitur* ſaccharum. *Doſis lib. iij.* ſacchari, *pro unâ* ſucci, *aut* aceti.

## *Syrupus Violaceus.*

℞. Florum Violarum à pediculis herbaceis mundatarum lib. j.
Aquæ fontis calentis lib. ij.

*Macerentur in vaſe fictili vitreato optimè clauſo per xxiv. horas; dein fiat expreſſio fortis, cui adde,*
Sacchari puriſſimi conglobati duplum.
*Miſce, & continuâ agitatione ad lenem calorem reducantur in ſyrupum ſine coctione.*

## *Syrupus Roſarum ſolutivus, ſive ex novem infuſionibus.*

℞. Roſarum pallidarum recentium uti decet mundatarum lib. iij.
Aquæ fontis calentis lib. xij.

*Infun-*

*Inſundantur per diem naturalem, deinde rurſum calefactæ exprimantur: Iterum in eâdem aquâ, par florum quantitas infundatur & exprimatur, & hoc novies iteretur. Colaturæ adde,*

Sacchari albi farinacei pondus æquale.

*Clarificentur & coquantur in ſyrupum.*

## *Syrupus è Roſis ſiccis.*

℞. Roſarum rubrarum ſiccarum ℥i ſ.

*Infundantur per horas duodecim in*

Aquæ calentis lib. iij.

*Et ita ter in eâdem aquâ reiterentur roſæ infuſiones, atque expreſsiones deinde cum mediâ parte ſacchari coquantur in ſyrupum.*

## *Syrupus de Betonica.*

℞. Succi Betonicæ depurati lib. iij.
Sacchari albi lib. ij.

*Clarificentur & coquantur in ſyrupum.*

*Eâdem proportione conficiantur*

Syrupus de ſucco Acetoſæ,
Cicorei,
Fumariæ,
Borraginis
Scabioſæ.

Syrupus

## *Syrupus de Polypodio Solutivus.*

℞. Polypodii querc. recentium lib. j ſ.
Herbarum Fumariæ, M ij.
Borraginis,
Bugloſſæ ana M j.
Senæ electæ ℥iij.
Epithymi ℥j ſ.
Turbith ʒiij.
Myrabolanorum Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum ana ʒij.
Agarici in nodulo ligati ʒj ſ.
Aniſorum ℥j.
*Decoquantur è ſ. q. aquæ ad lib. vj. Colaturæ adde,*
Sacchari farinacei lib. iiij.
*Coquantur in ſyrupum.*

## *Syrupus de Abſinthio.*

℞. Abſinthii Romani,
Vulgaris ana ℥iij.
Roſarum rubrarum ſiccarum ℥ij.
Nardi Indicæ ʒiij.
Vini albi generoſi,
Succi Cytoniorum depurati ana lib. ij ſ.
*Infundantur ſ. a. per noctem, deinde ferveant & exprimantur.*

*mantur: Colaturæ adde,*
Sacchari albi,
Mellis deſpumati ana lib. j.
*Coque in ſyrupum.*

## *Syrupus de Althæa Fernelii.*

℞. Radicum Althææ recentium ℥ij.
Cicerum rubeorum ℥j.
Radicum Graminis,
Aſparagi,
Liquiritiæ,
Paſſularum exacinatarum ana ℥ ſ.
Cymarum Althææ,
Malvæ,
Helxines,
Pimpinellæ minoris,
Plantaginis majoris,
Polytrici,
Rutæ murariæ ana M j.
Quatuor Seminum frigidorum majorum,
minor. ana ʒiij.
*Coquantur ſ. a. in Aquæ communis lib. viij. Ad remanentiam lib. v. Colaturæ clarificatæ adde,*
Sacchari albi lib. iiij.
*Fiat ex arte ſyrupus.*

Syrupus

## *Syrupus Arthemiſiæ Fernelii.*

℞. Radicum Fœniculi,
Helenii,
Iridis,
Leviſtici
Pœoniæ,
Rubiæ tinctorum ana ℥ ſ.
Herbarum Arthemiſiæ M ij.
Betonicæ,
Calamenthi,
Chamædryos,
Chamepitheos,
Hyſſopi,
Hyperici,
Majoranæ,
Matricariæ,
Meliſſæ,
Nepetæ,
Origani,
Praſſii,
Pulegii,
Sabinæ ana M j.
Seminum Aniſi,
Dauci,
Fœniculi,

Nigellæ,
Ocymi,
Petroſelini,
Ruthæ ana ʒiij.

*Contuſa & inciſa macerentur xxiiij. horis in*
Hydromelitis dilutioris lib. viij.
*Coquantur ad lib. v. & cum*
Sacchari lib. v.
*percoquantur in Syrupum aromatizandum.*
Cinnamomi ℥j.
Spicæ Indicæ ʒiij.

## *Syrupus de Conſolida Dodonæi.*

℞. Radicum Conſolidæ majoris inciſarum ℥ij.
Radicum & Foliorum Tuſſilaginis M ij.
Jujubas nº. xx.
Glycyrrhizæ raſæ ℥j.
Seminis Malvæ ʒij.
Capitis papaveris albi ʒj.

*Coquantur ſ. q. aquæ fontis ad lib. j. Colaturæ defœcatæ adde,*
Penidiorum ℥j ſ.
Sacchari albi,
Mellis optimi ana lib. ſ.
*Coquantur ad conſiſtentiam.*

## *Syrupus Bizantinus Fernelii.*

℞. Succi Endiviæ ſativæ,
Apii ana lib. j.
Succi Lupuli,
Bugloſsi ana lib. ſ.
Sacchari albi lib. iij.
*Clarificata percoquantur in Syrupum.*

## *Syrupus de Cichoreo compoſitus.*

℞. Hordei integri,
Radicum Apii,
Fœniculi,
Aſparagi ana ℥ij.
Herbarum Cichorei M iij.
Endiviæ domeſticæ,
ſylveſtris,
Taraxaci ana M ij.
Cicerbitæ,
Lactucæ ſativæ,
Hepaticæ,
Fumariæ,
Polytrici,
Aſplenii,
Salviæ vitæ,
Summitatum Lupulorum ana M j.

Fructuum recentium Alkekengi,
Radicum Glycyrrhizæ ana ℥vj.
Aquæ fontanæ lib. xij.

*Coquantur ordine debito ad lib. viij. In colaturâ clarificatâ diſſolve,*

Sacchari albi farinacei pondus æquale.

*Percoquantur ſ. a. in Syrupum.*

## *Syrupus de Cichoreo compoſitus cum Rhabarbaro.*

℞. Decocti ſuperioris clarificati & calentis lib. j.
Rhabarbari electi & minutim inciſi ℥j.

*Infundantur ſimul per xxiiij. horas, tum colaturæ expreſſæ adde,*

Sacchari albi conglobati lib. j ſ.

*Evaporent ſimul lento igne in Syrupum; cui inter coquendum adde,*

Cinnamomi,
Schœnanthi ruditer contuſorum, & in pætiâ ligatorum ana ʒ ſ. *Miſce.*

## *Syrupus roſatus ſolutivus cum Rhabarbaro.*

℞. Infuſionis Roſarum pallidarum ſuprà deſcriptæ lib. j ſ.
Sacchari farinacei clarificati lib. j ſ.

*Infuſioni calefactæ infunde,*

Rhabar-

Rhabarbari minutim inciſi per xxiiij. horas ℥iſ.
*Dein colatura expreſſa coquatur ſ. a. in ſyrupum.*

## *Syrupus de quinque Radicibus.*

℞. Radicum Apii,
Fœniculi,
Petroſelini à lignosâ matrice mundatarum,
Aſparagi,
Ruſci recentium ana ℥iiij.

*Coquantur in aquæ fontis lib. vj. ad tertiæ partis conſumptionem. Colaturæ clarificatæ adde,*

Sacchari albi lib. iiij.

*Percoquantur ſ. a. in Syrupum.*

## *Syrupus de Schordio compoſitus.*

℞. Radicum Scorzonneræ ℥j.
Foliorum Schordii recentis M iiij.
Sonchi lævis,
Endiviæ,
Borraginis,
Acetoſæ,
Scorzonneræ,
Florum Nymphææ recentium ana M j.
Florum Cordialium ana p j.

*Coquantur in iiij. lib. aquæ hordei ad dimidias. Colaturæ clari-*

*clarificatæ adde,*

Sacchari albi lib. ij.

*Coquantur ſ. a. in Syrupum.*

## *Syrupus de Stœchade Fernelii.*

℞. Florum Stœchados Arabicæ ℥iiij.
Foliorum Betonicæ,
Thymi,
Calamenthi,
Origani ana ℥i ſ.
Salviæ,
Florum Roriſmarini ana ℥ ſ.
Seminum Ruthæ,
Pœoniæ,
Fœniculi ana ʒiij.

*Coquantur ex aquæ lib. x. ad dimidias. Decocto colato & refrigerato adde,*

Sacchari albi lib. ij.

*Clarificentur ſimul; adde*

Mellis albi deſpumati lib. ij.

*Coquantur igne lento, & condiantur*

Radicum Zinziberis,
Calami aromatici,
Cinnamomi ruditer contuſorum, & in nodulo ligatorum ana ʒiij.

*Coquantur ſ. a. in Syrupum.*

*Syru-*

## *Syrupus de Hyſſopo.*

℞. Paſſularum exacinatarum ℥jſ.
Hyſſopi mediocriter ſiccæ,
Radicum Apii,
Petroſelini,
Fœniculi,
Glycyrrhizæ ana ʒx.
Capillorum Veneris ʒvj.
Hordei mundati ℥ſ.
Seminum Malvæ,
Cytoneorum,
Tragacanthæ in pætiâ ligatorum ana ʒiij.
Jujubas,
Sebeſten ana n°. xxx.
Caricas,
Dactylos ana n°. x.

*Decoquantur in lib. iij. aquæ fontis ad medietatis conſumptionem, & additis*
Penidiorum lib. ij.
*Coquantur in ſyrupum.*

## *Syrupus de Jujubis.*

℞. Hordei mundati,
Capillorum Veneris,
Glycyrrhizæ ana ℥j.

Jujubas leviter contuſas n°. lx.
Florum Violarum ʒv.
Seminum Papaveris albi,
Melonum,
Lactucæ ana ʒiij.
Seminis Cytoniorum,
Tragacanthæ in nodulo ligatorum ana ʒiij.
Aquæ fontis lib. iiij.
*Decoquantur ad dimidias, colaturæ clarificatæ adde,*
Sacchari farinacei purificati lib. ij.
*Coquantur ſ. a. in ſyrupum.*

## *Syrupus de Praſsio.*

℞. Radicum Apii
Fœniculi ana ʒv.
Radicum Ireos ʒiij.
Praſſii viridis ℥ij.
Capillorum Veneris,
Hyſſopi,
Calaminthæ ana ʒvj.
Seminum Aniſi ʒv.
Seminum Malvæ,
Fœnugræci ana ʒiij.
Seminum Lini,
Cytonior. in nodulo ligator. ana ʒij.
Paſſularum exacinatarum ℥ij.

Cari-

Caricas pingues n°. xv.

*Coquantur ordine debito in lib. x. aquæ ad dimidias. Poſt reſidentiam quatuor horarum exprimantur & clarificentur; tum adde,*

Mellis deſpumati,
Penidiorum ana lib. ij. *Fiat Syrupus.*

## *Syrupus de Glycyrrhizâ.*

℞. Glycyrrhizæ raſæ, & parum contuſæ ℥ij.
Adianthi albi ℥j.
Hyſſopi ſiccæ ℥ ſ.

*Macerentur per xij. horas in aqua pluviæ lib. iij. Fiat decoctio ad dimidias. Colaturæ expreſſæ & clarificatæ adde*

Mellis optimi,
Penidiorum,
Sacchari farinacei ana ℥viij.
Aquæ Roſarum lib. ſ.

*Decoquantur ſ. a. in Syrupum.*

## *Syrupus Capillorum Veneris.*

℞. Capilli Veneris veri,
Adianthi communis,
Politrici,
Ceterach,
Salviæ vitæ ana M j.
Glycyrrhizę raſę ℥ij.

 Infun-

*Infundantur xij. horis in aquæ lib. vj. dein decoquantur ad lib. iiij. Colaturæ albumine ovi clarificatæ, ſed priùs refrigeratæ, adde,*

Sacchari albi lib. iiij.

*Coquantur ſ. a. in Syrupum.*

## *Syrupus de Farfara.*

℞. Foliorum Tuſſilaginis recentis M vj.
Capillorum Veneris M ij.
Hyſſopi M j.
Glycyrrhizę raſę ℥ ij.

*Decoquantur in aquæ pluvialis lib. iiij. ad lib. ij. Colaturæ refrigeratæ & clarificatæ adde,*

Sacchari albi lib. iij.

*Coquantur ſ. a. in Syrupum.*

## *Syrupus de Pæoniâ.*

℞. Radicum Pœoniæ maris ℥ ij.
Nucleorum Seminis ejuſdem,
Viſci quercini ana ℥ j.
Herbarum Betonicæ,
Primulæ Veris,
Verbenæ ana M j.
Florum Roriſmarini,
Stœchados,
Lavendulæ,

Liliorum convallium,

Tiliæ, recentium ana p. j.

*Decoquantur ſ. a. in aquæ lib. v. ad dimidias. Colaturæ fortiter expreſſæ adde*

Sacchari albi lib. ij ſ.

*Fiat ex arte Syrupus.*

## *Syrupus è cortice Citri.*

℞. Corticum exteriorum Citri mali, *vel*, Limonii ſiccatorum ℥ ij. ſ.

Granorum Kermes ruditer contuſorum ʒ j.

Aquæ fontis ℥. xx.

*Infunde per noctem, & coquantur lento igne in vaſe benè tecto, ad lib. j. Adde*

Sacchari albi lib. j.

*Coquantur in Syrupum* Muſci gr. iiij. *condiendum.*

## *Syrupus Papaveris albi.*

℞. Capitum Papaveris albi recentium & maturorum lib. j.

*Infunde per duos dies & noctes in Aquæ pluvialis lib. iiij. Coquantur donec marceſcant; fricentur manibus & exprimantur. Expreſſo adde*

Saccchari albi,

Penidiorum ana lib. j.

*Coque lento igne in Syrupum.*

## *Syrupus Papaveris Erratici.*

℞. Florum Papaveris Erratici lib. ſ.

*Infunde per noctem in Aquæ fontis calentis lib. ij.*

*Infuſio tertiò iteretur. Tum adde*

Sacchari farinacei clarificati lib. j ſ.

*Coquatur in Syrupum.*

## *Syrupus Myrtinus compoſitus.*

℞. Baccarum Myrthi ℥ij ſ.

Roſarum rubearum,

Santali albi,

rubri,

Sumach,

Balauſtiarum,

Berberorum ana ℥xv.

Meſpilorum lib. ſ.

*Coquantur in aquæ fontis lib. viij. ad dimidias. Colentur, & cum Sacchari lib. iij. additis in fine ſuccis, fiat Syrupus. Hi ſucci ſunt,*

Granatorum,

Cytoniorum depuratorum ana lib. ſ.

## *Syrupus de Mentha.*

℞. Succi Cytoniorum muzorum,

dulcium,

Succi

Succi Granatorum acetoſorum
dulcium
muzorum, ana lib. j ſ.

*In ſuccis macerentur per xxiiij. horas*

Foliorum Menthæ ſiccæ lib. j ſ.
Roſarum rubearum ℥ij.

*Coquantur cum facilitate ad medietatis conſumptionem.*

*Colaturæ adde,*

Sacchari albi lib. ij.

*Coquantur ad Syrupi perfectionem; & condiantur*

Galliæ moſchatæ in ſindone ligatæ ʒiij.

## *Syrupus de Pomis ſimplex.*

℞. Succi Pomorum dulcium,
acidorum ana lib. v.

*Coquantur ſimul ad mediæ partis conſumptionem; deinde reſideant per biduum donec clareſcant. Poſt colentur, & cum*

Sacchari albi lib. iij.

*Fiat Syrupus.*

Poma dulcia noſtratia ſint *Holeerſen*; Acida verò noſtratia, *Puppinghen*. Animadvertendum quòd Poma præſcripta antequam ex iis ſucci extrahantur, debeant per iij. aut iiij. ſeptimanas plus minùs in loco ſicco reponi, ut excrementitius humor conſumatur, & Poma intra ſe perfectiùs maturentur.

*Syru-*

## *Syrupus Gnaphalii purpurei montani*, vulgò, *de Pede Cati.*

℞. Summitatum & foliorum Gnaphalii lib. j.

*Infunde per noctem in aquæ calentis lib. v. Bulliant deinde lento igne ad lib. iij. adde,*

Sacchari albi conglobati lib. iij.

*Coquantur ſ. a. lento igne in Syrupum.*

Notandum, quòd Syrupus iſte de Pede Cati Gallis vocatus, in his regionibus numquam Officinalis fuerit: verùm quia ad varios pulmonis affectus ſingularis eſt, & expertus, tanti remedii beneficio etiam noſtrates carere noluimus. Herba autem ex quâ conficitur, variè ſolet ab Authoribus appellari, videlicet, *Gnaphalium*, *Æluropus*, *Hiſpidula*, *Piloſella*, *Cotonaria*, ſeu, *Pes Cati.*

# LOOCH, ECLEGMATA, SEV LINCTVS.

## *Looch ſanum & expertum Meſuëi.*

℞. Paſſularum purgatarum,
Carycarum pinguium,
Dactylorum ana ℥ij.
Zyzipha,
Sebeſten ana nº. xxx.
Radicum Ireos Florentinæ,

Gly-

Glycyrrhizæ,
Foliorum Hyſſopi,
Calamenti,
Polytrici,
Seminum Aniſi,
Fœniculi,
Lini,
Cinnamomi ana ℥ ſ.

*Decoquantur omnia in Aquæ lib. v. ad lib. ij. Expreſsioni adde*

Penidiorum lib. ij.

*Et rursùs coquantur in Mellis conſiſtentiam, tumq; adjice minutim contuſas*

Pinearum purgatarum ʒ v.
Amygdalarum dulcium mundatarum ʒ iij.

*Quibus ritè commixtis inſperge Pulveres ſequentium,*

Radicum Glycyrrhizæ raſæ,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Amyli ana ʒ iij.
Radicum Ireos Florentinæ ʒ ij.

*Agitentur omnia ſimul donec albeſcant, & Linctus formam nanciſcantur.*

## *Looch de pulmone Vulpis.*

℞. Pulmonis vulpini ſiccati,

Succi Glycyrrhizæ,
Seminis Aniſi,
Fœniculi,
Capillorum Veneris, ana ℥ j.
Sacchari clarificati ℥ xv.
*Conterantur omnia tenuiſsimè, & cum Saccharo excipiantur.*

---

# CLASSIS QVARTA.

## De Rob, Condîtis, Conſervis, & Tragematis.

### R O B.

*Parantur hæc eodem modo.*

*Rob Agreſtæ*, ſeu, *Omphacii.*
*Berberorum.*
*Ceraſorum acidorum, nigr. & rubr.*
*Cytoniorum.*
*Ribeſiorum.*

℞. Succi cujuſvis recenter expreſſi lib. ij.
Sacchari turbinati lib. j.

Co-

*Coquantur igne lento, donec in Gelatinæ conſiſtentiam concreſcant.*

## CONDITA.

Radices Cichorei,
Enulæ Campanæ,
Satyrionis ſolidioris,
Scorzonneræ,
Symphyti majoris,
Zinziberis,
Fructus Berberis,
Ribes,
Ceraſa acida, rubra,
nigra,
Cornorum pulpa,
Cytoniorum caro,
Meſpilorum pulpa,
Prunellorum ſylveſtrium pulpa.

*Omnia hæc* Saccharo clarificato *ſ. a. condiri debent à Pharmacopœo, vel ritè præparata aliunde comparari. Sequentia verò, ut*

Cortices Aurantiorum,
Citriorum,
Limonum,
Caules Lactucæ,

Myrabolani,
Nuces Iuglandes,
Moſchatæ,

*Apud Tragematum & Bellariorum Confectores ſemper præparata inveniuntur. Quemadmodum alii Fructus, qui Muriâ, Aceto, vel Sale condiuntur.*

## CONSERVÆ.

Herbarum Abſinthii vulgaris,
Majoranæ,
Florum Betonicæ,
Borraginis,
Calendulæ,
Euphraſiæ,
Nymphææ,
Roriſmarini,
Roſarum rubearum,
pallidarum,
Salviæ,
Violarum,

*Conſervæ ſupra ſcriptæ ita conficiuntur, ut ſiccioribus herbis & Floribus addantur*

Sacchari albi farinacei lib. iij. *pro* lib. j. Florum, vel Herbarum:

*Humidioribus verò adduntur*

Sac-

Sacchari albi farinacei lib. ij. *pro* lib. j. ingredientium.

## TRAGEMATA.

*De Tragematis, quia paſsim apud Bellariorum Confectores in copia habentur, à Pharmacopœis, ſi quando uſus expoſtulat, comparari poſſunt.*

## *Manus Chriſti ſimplex*, ſeu, *Saccharum roſatum.*

℞. Sacchari albiſſimi turbinati lib. j.
Aquæ Roſarum ℥ iiij.
*Coquantur in conſiſtentiam Tabellarum.*
Perlata *fiet pro ditioribus, ſi Saccharo cocto, ut ſuperiùs, addantur*
Margaritarum præparatarum ʒ ij.

## *Conſerva Roſarum ſolida.*

℞. Sacchari turbinati albiſſimi lib. j.
Aquæ Roſarum ℥ iiij.
*Coquantur in ſolidam conſiſtentiam, dein ab igne ſepoſitis immiſce,*
Pulveris Roſarum rubrarum ℥ j.
*Fiant ſ. a. Morſuli.*

Solent aliqui Pulveri Roſarum, ad gratiam coloris conciliandam, addere vel ſpiritum Vitrioli, aut Sulphuris, ſuccum Limonum, vel Omphacium; ſed perperam, cùm iſta acida Pthyſicis, Hecticis, & Tuſſientibus, imò pectori, inimica ſint.

## *Conſerva Acredinis Citri.*

℞. Medullæ Citriorum, *vel*, Limonum magnorum ℥ x.

*Purgetur exactè à pelliculis & membranulis. Tum accipe* Sacchari albiſsimi pulveriſati lib. j ſ.

*Miſce cum cochleari ligneo, in vaſe figulino novo, vitreato. Decoquantur unâ aut alterâ ebullitione, donec Saccharum liquefactum ſit; removeantur ſtatim ab igne, modeſte agitando, donec refrigerari incipiant, & in poculis ſerventur. In defectu præſcriptorum Malorum quia raró advehuntur, ſubſtitui poſſet, medulla Pomorum Citriorum, & Limonum, quæ nobis in quotidiano uſu ſunt.*

## *Tabellæ contra Vermes.*

℞. Cornu Cervi uſti & præparati,
Seminis Zedoariæ ana ʒ iij.
Seminum Caulium,
Portulacæ,
Corallinæ ana ʒ ij.
*Fiat omnium Pulvis.*

Sac-

Sacchari albi, *aquâ Graminis diſſoluti, & ad conſiſtentiam cocti, lib. ß.*

*Miſce, & fiant ſ. a. Tabellæ.*

## *Tabellæ Dia-farfaræ.*

℞. Radicum Farfaræ, in umbra ſiccatarum, & ſubtiliſſimè pulveriſatarum, ℥ j.

Sacchari albi Aquâ Farfaræ *diſſoluti, & ad conſiſtentiam cocti,* lib. j.

*Fiant ſ. a. Tabellæ.*

Ne hoc loco in Tabellarum deſcriptionibus longiores ſimus, inferiùs ſequuntur Pulveres & Species aromaticæ, è quibus, juxta præſcriptum Medici, variæ confici poſſunt.

---

# CLASSIS QVINTA.

## De Electuariis Solutivis.

### *Dia-caſsia pro Clyſteribus.*

℞. Florum & Foliorum Violarum.
Malvæ,
Mercurialis,
Betæ,

Pa-

Parietariæ, ana M j.

*Decoquantur in ſ. q. Aquæ, cujus beneficio Caſſia extrahatur, & Cannæ interiùs laventur. Deinde*

℞. Caſsiæ *cum hac decoctione extractæ,* lib. j.

*Coquatur ad ſpiſſitudinem, & cum*

Sacchari lib. j ſ. *fiat Electuarium.*

## *Dia-Catholicum.*

℞. Radicum Polypodii quercini recentium, ℥ iiij.

Seminum Fœniculi ℥ j.

Aquæ fontis lib. iiij.

*Bulliant ad dimidias. Colato adde*

Sacchari albi farinacei lib. ij.

*Coquantur in Syrupum, quo diſſolve*

Pulparum Caſsiæ,

Thamarindorum, ana ℥ ij.

*Diſſolutis adde ſequentia pulveriſata,*

Foliorum Senæ ℥ ij.

Rhabarbari,

Seminum Carthami ana ℥ j.

Florum Violarum ſiccatarum, pulveriſatar. ℥ ſ.

Glycyrrhizæ,

Nucleorum iiij. Seminum frigidor. majorum,

Aniſorum, ana ℨ ij.

*Fiat ſ. a. Electuarium.*

*Dia-*

## *Dia-prunum compoſitum, non laxativum.*

℞. Pulpæ Prunorum Damaſcenorum lib. j.
Sacchari clarificati lib. ij.
Pulpæ Thamarindorum,
Caſsiæ ana ℥ j.

*Omnibus ſ. a. inſpiſſatis, inſperge ſequentes Pulveres.*

℞. Santali albi, & rubri,
Spodii,
Rhabarbari,
Cinnamomi,
Roſarum,
Violarum,
Succi Glycyrrhizæ,
Tragacanthæ,
Seminis Portulacæ,
Scariolæ,
Berberis ana ʒ ij.
Nucleorum Seminum Citrulli,
Cucurbitæ,
Cucumeris,
Melonum ana ʒ j.

*Confice ſecundùm artem.*

## *Dia-prunum compoſitum laxativum.*

℞. Diapruni non laxativi adhuc calentis lib. j.

Scammonii præparati ℥ ſ.

*Miſce & repone.*

## *Dia-phœnicum Fernelii.*

℞. Pulpæ Palmularum in hydromelite maceratarum coctæ, & per ſetaceum tranſmiſſæ,
Penidiorum recentium ana lib. ſ.
Amygdalarum expurgatarum ℥ iij ſ.
*Contuſis & permiſtis omnibus adde*
Mellis deſpumati lib. ij.
*Coquantur paulùm, dein inſperge ſequentes Pulveres.*

℞. Zinziberis,
Piperis,
Maceris,
Cinnamomi,
Foliorum Ruthæ ſiccorum,
Seminis Dauci,
Fœniculi ana ʒ ij.
Turpethi ℥ iiij.
Diacridii ℥ j ſ.
*Miſce ſ. a. & fiat Electuarium.*

## *Benedicta laxativa.*

℞. Turpethi,
Radicum Eſulæ præparatæ ana ʒ x.

Dia-

Diagridii,
Hermodactylorum,
Roſarum ana ℥ v.
Zinziberis,
Galangæ,
Garyophillorum,
Cardamomi,
Amomi, *vel ejus defectu*, Acori,
Piperis longi,
Macis,
Spicæ Nardi,
Croci,
Seminum Apii,
Carui,
Fœniculi,
Saxifragiæ,
Milii Solis,
Aſparagorum,
Ruſci,
Salis gemmei ana ℥ j.
Mellis deſpumati lib. j. ℥ vij ſ.

*Fiat Electuarium.*

## *Electuarium Caryocoſtinum.*

℞. Garyophillorum,
Coſti odorati,

Zinziberis,
Cumini ana ʒ ij.
Hermodactylorum,
Scammonii præparati ana ℥ ſ.
*Miſce, fiat omnium ſ. a. Pulvis, & cum triplo*
Mellis Roſacei, *fiat Electuarium.*

## *Confectio Hamech Fernelii.*

℞. Corticum Myrabolanorum Citrinorum ℥ ij.
Chebulorum,
Nigrorum,
Violarum,
Colocynthidos,
Polypodii quercini ana ℥ j ſ.
Abſinthii,
Thymi ana ℥ ſ.
Aniſi,
Fœniculi,
Roſarum rubearum ana ʒ iij.
*Omnia contuſa macerentur in*
Seri Lactis lib. ij.
*Coquantur deinde ad lib. j. Exprimantur. Colatis adde*
Succi Fumariæ,
Pulpæ Prunorum,
Uvarum paſſarum ana lib. ſ.
Sacchari albi,

Mellis deſpumati ana lib. j.

*Coquantur ad Mellis craſsitiem, tum inſperge ſequentes Pulveres.*

Agarici,
Foliorum Senæ ana ℥ ij.
Rhabarbari ℥ j ſ.
Epythimi ℥ j.
Diacridii ʒ vj.
Cinnamomi ℥ ſ.
Zinziberis ʒ ij.
Seminis Fumariæ,
Aniſorum,
Spicæ Nardi ana ʒ j.

*Miſce, & fiat ſ. a. Electuarium.*

## *Electuarium de ſucco Roſarum.*

℞. Succi Roſarum pallidarum depurati,
Sacchari albi conglobati ana lib. j ſ.

*Coctis ſ. a. inſperge ſequentes Pulveres.*

Scammonii præparati ℥ j ſ.
Santalorum omnium,
Cinnamomi ana ʒ ij.
Camphoræ ℈ j.

*Miſce ſ. a. & fiat Electuarium.*

## *Electuarium de Citro tabulatum.*

℞. Corticum Citri condîtorum,
Conſervæ Florum Violarum,
Bugloſsi,
Pulveris Diatraganthi frigidi,
Diacridii ana ℥ ſ.
Turbith pulveriſati ʒ v.
Pulveris Zinziberis ʒ ſ.
Pulveris Foliorum Senæ ʒ v j.
Pulveris Seminis Fœniculi dulcis, ʒj.
Sacchari turbinati aquâ Roſarum ſoluti, & ad conſiſtentiam cocti ℥ x.
*Fiat Electuarium ſolidum.*

## *Electuarium Dia-Carthami ſolidum.*

℞. Medullæ ſeminis Carthami,
Hermodactylorum,
Specierum Diatraganthi frigidi ana ℥ ſ.
Turbith ʒ vj.
Zinziberis,
Mannæ electæ, ana ʒ ij.
Carnis Cytoniorum exſiccatæ,
Sacchari candi,
Mellis roſati ana ℥ j.

Pul-

*Pulveriſanda ſ. a. pulveriſentur, & inſpergantur*
Sacchari albiſsimi, ſucco Cytoniorum ſoluti,
& ad conſiſtentiam cocti ℥ viij ſ.
*Miſce, & fiant ſ. a. Tabellæ.*

Obſervandum quòd Species Dia-carthami in duplici quantitate parantur, ut per ſe ſervari poſſint, tumq; nec Manna, nec Mel roſatum additur.

## *Hyera Dia-colocynthidos magiſtralis.*

℞. Pulpæ Colocynthidos ℥ j.
Agarici,
Hellebori nigri ana ℥ ſ.
Aloës ʒ x.
Diacridii,
Polypodii quercini,
Maſticis ana ʒ ij.
Opoponacis,
Bdellii,
Sagapeni ana ʒ ij.
Radicum Enulæ Campanæ,
Cyperi,
Angelicæ,
Garyophillorum,
Cinnamomi,
Macis,
Baccarum Lauri.

Gra-

Granorum Iuniperi,
Cardamomi,
Majoranæ,
Stœchados,
Croci,
Spicæ Indicæ ana ℨ j.
Roſarum ℨiij.
Mellis deſpumati lib. j. ſ.

*Miſce ſ. a. fiat Electuarium.*

*Modus conficiendi eſt, ut Opoponax, Bdellium, & Sagapenum per noctem macerentur in aceto, dein colentur, & calidis adhuc alternatim mel & pulveres imponantur.*

## *Hyera Picra Galeni.*

℞. Cinnamomi,
Maceris,
Azari,
Spicæ Nardi,
Croci,
Maſtiches ana ℨ vj.

*Miſce, fiat pulvis. Adde,*

Aloës non lotæ pulveriſatæ lib. j. & ℥ ſ.
Mellis optimi deſpumati lib. iiij.

*Fiat ſ. a. Electuarium.*

## *Paſta Magiſtralis ſolutiva.*

℞. Cremoris Tartari ℥ iij.
Foliorum Senæ ℥ ij.
Zinziberis albi ʒ ij.
*Miſce, & fiat Pulvis, qui miſceatur*
Sacchari rubri ℥ iij.
Syrupi roſati ſolutivi ℥ viij.
*Fiat Electuarium.*

## *Paſſulæ Corynthiacæ laxativæ.*

℞. Foliorum Senæ Alexandrinæ ℥ iiij.
Cinnamomi electi,
Zinziberis ruditer contuſorum ana ℈ iiij.
Aquæ Endiviæ,
Vini albi ana ℥ xiiij.
*Infunde per noctem; dein exprimantur. Expreſſis adde*
Sacchari albi farinacei ℥ iiij.
Paſſularum minorum purgatarum lib. j.
*Coquantur, & poſt juſtam coctionem reponantur.*

*Eodem modo parantur* Pruna Damaſcena *Officinis uſitata.*

# CLASSIS SEXTA.

## De Pulveribus Solutivis, Simplicibus, & Chymicis.

### *Pulvis Hyeræ ſimplicis Galeni.*

℞. Cinnamomi,
Ligni Aloës,
Radicum Aſari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Maſtiches ana ʒ vj.
Aloës ſuccotrinæ lucidæ pulveriſatæ ʒ c.

*Miſce.*

### *Pulvis Senæ Montagnanæ.*

℞. Foliorum Senę ℥ j ſ.
Zinziberis,
Macis ana ʒ iij.
Cinnamomi,
Tartari ana ʒ j ſ.

*Miſce, & fiat ſ. a. Pulvis.*

*Dia-*

## *Dia-turbith cum Rhabarbaro.*

℞. Rhabarbari ʒ x.
Turbith,
Hermodactylorum ana ℥ j.
Diagridii ℥ ſ.
Zinziberis,
Santali albi,
rubri,
Violarum ana ʒ j ſ.
Maſticis,
Aniſi,
Cinnamomi,
Croci ana ʒ ſ.
*Miſce, & fiat ſ. a. Pulvis.*

## *Pulvis Hermodactylatæ Venetæ.*

℞. Hermodactylorum,
Turbith ana ℥ j ſ.
Diacridii ʒ iij.
Zinziberis ʒ ij.
Sacchari turbinati albiſſimi pulveriſati ℥ iij.
*Miſce.*

## *Pulvis Catholicus Illuſtr^mi. Domini Roberti Dudlæi, Comitis de Warvich.*

℞. Scammonii, *juxta noſtram deſcriptionem in Claſſe hujus Libri XIV. præparati*, ʒ ix.
Antimonii præparati, *ut inferiùs dicetur*, ʒ vj.
Tartari Chryſtallini ʒ iij.
*Miſce, & fiat Pulvis.*

*Obſervandum pro Pulveris ſupràſcripti compoſitione, Scammonium præparatum, ut in ultimâ Claſſe habetur, & ruditer contuſum, ſuper chartam bibulam extendi; mox Sulphure in ignitas prunas injecto, ſuper fumum qui ex Sulphure attollitur, eò uſque detineri, donec liquari, & chartæ adhærere incipiat: tum ſtatim à fumo removeatur, exſiccari permittatur, & ad commixtionem reſervetur.*

Antimonium ad ʒ vj. pulveriſatum accipitur:
*Imponitur Crucibulo, & ei adduntur*
Salis Nitri ℥ j ſ.
*Suprà carbones ignitos collocantur, & comburuntur, & continuò rudiculâ ferreâ agitantur & verſantur, donec undequaque penitùs combuſta ſint. Et hoc tertiò iteratur, ſemper de novo addendo*
Salis Nitri ℥ j ſ.
*ſed ſemper moderato, non autem vehementiſsimo igne.*

*Notæ perfectionis hinc colliguntur, quòd combuſta ſubalbi vel*

*bi vel ſubflavi coloris ſint; & quòd ſuper carbones ignitos poſita, nullum ampliùs crepitum, ſtridorem, vel fumum emittant.*

*Tartari verò Chryſtallini præparatio, infrà in Pulveribus Chymicis deſcripta invenitur.*

## *Pulvis pro Suppoſitoriis acuandis.*

℞. Aloës ℥ ſ.
Hellebori albi,
Granorum Colocynthidos,
Centaurii,
Cumini,
Ruthæ ana ʒ j.

*Miſce, & fiat Pulvis, qui Melle ſubactus, effingatur in Suppoſitoria.*

## *Pulvis Dia-Carthami.*

*Iſte Pulvis ſuperiùs habetur in ſuo Electuario ſolido.*

# PVLVERES SIMPLICES.

## *Pulvis Reginæ.*

℞. Radicum Curcumæ ℥ j.
Seminum Saxifragiæ,
Milii Solis ana ʒ iij.

Seminum Carui,
Apii,
Petroſelini,
Fœniculi,
Aniſi,
Cumini,
Ruthæ ana ʒ ij.
Glycyrrhizæ raſæ ℥ iij.
Granorum Iuniperi,
Baccarum Lauri,
Nucis Muſcatæ,
Galangæ,
Sanguinis hircini pręparati,
Cinnamomi ana ʒ ij.
Croci ℈ j.
*Miſce, & fiat omnium Pulvis. Cui adde*
Sacchari turbinati pulveriſati ℥ ij. ſ.
*Miſce.*

## *Pulvis Reſtrictivus.*

℞. Foliorum Roſarum rubearum,
Balauſtiarum,
Corticum Granatorum,
Glandium,
Meſpilorum,
Lapidis Æmatitis,

Maſti-

Maſticis,
Coralli utriuſque,
Carabe,
Boli orientalis ana ʒ iij.
Sanguinis Draconis in guttis,
Thuris ana ʒ j. *Miſce, & fiat Pulvis.*

## *Pulvis ad difficilem partum.*

℞. Cinnamomi,
Foliorum Dictamni Cretici,
Boracis,
Croci ana ʒ j.
Sabinæ ℈ j.
*Miſce, & fiat Pulvis.*

## *Pulvis contra Vermes.*

℞. Cornu Cervi uſti & præparati ℥ ij.
Seminis Zedoariæ ℥ j.
Seminum Caulium,
Portulacæ,
Corallinæ ana ℥ ſ.
*Miſce, & fiat Pulvis.*

## *Pulvis liberans, ſeu, contra Peſtem.*

℞. Boli Armeni debitè præparati ℥ jſ.

Terræ

Terræ Lemniæ Orientalis ℥ j.
Corallorum alborum præparatorum ʒ iij.
rubrorum præparatorum ʒ ij.
Lapidum pretioſorum, ſcilicet:
Smaragdi,
Rubini,
Saphyri,
Hyacinthi ana ʒ ij.
Margaritarum pręparatarum ʒ ij. ſ.
Cinnamomi ʒ j.
Garyophillorum ʒ ſ.
Seminis acetoſæ ʒ j.
Corticum Citri,
Santali rubri,
albi ana ʒ ſ. gr. xv.
Spodii ʒ ij ſ.
Raſuræ Eboris ʒ j ſ.
Croci Orientalis ʒ ſ.
*Miſce, & fiat omnium Pulvis, cui admiſce*
Folia Auri bracteati n°. xx.

## PULVERES CHYMICI.

### *Cremor Tartari Chryſtallini.*

℞. Tartari albi ruditer pulveriſati q. v.
*Multiplici aquarũ ablutione repurgetur, donec clariſſimum eva-*

*evadat; indatur in ollam terream vitreatam: Affunde aquam fontis, ut ad quinque vel ſex digitos ſuperemineat, & bulliant ſpatio duarum horarum. Amoto ab igne vaſe, & poſito in loco frigido, concreſcet in aquæ ſuperficie Cremor Chryſtallinus, qui ſeparatur cochleari perforato, reiteretur ſæpiùs eadem ebullitio, & Cremoris ablatio. Fiat Pulvis, & ſervetur ad uſum.*

## *Tartarum Vitriolatum.*

℞. Olei Tartari per deliquium facti, & purificati partes iiij.
Olei Vitrioli rectificati part. unam.

*Ponatur Oleum Tartari in phialâ ſtricti orificii, & cerâ obturati, per quam per aciculam facto foramine, guttatim Oleum Vitrioli infundatur. Coagulum fiet albiſſimum, & petet fundum, quod lento calore exſiccatum concreſcet, ad uſum reſervandum.*

## *Chalybs præparatus.*

℞. Limaturæ Chalybis partem unam,
Sulphuris partes duas.

*Pulveriſata commiſce, & aquæ q. ſ. in maſſam redacta, crucibulo impone; calcinentur igne vehementi, & ſtylo ferreo candenti agitentur, donec Sulphur abſumptum ſit: tum in tenuiſſimum pulverem redigantur*

*Idem præſtari poteſt, ſi rudicula chalybis ij. aut iiij. librarum, in fornace Fabri ferrarii igniatur eò uſque donec ardentes de ſe ſcintillas emittat; tunc apponitur Chalybi magdaleon Sulphuris, quo Chalybs inſtar butyri colliquatus, in ſuppoſitam paropſidem vitreatam defluit; hocq; iteratur, donec quantitas ſufficiens habeatur. Colliquatus Chalybs imponitur crucibulo, & calcinatur ad rubedinem, deinde in pulverem redigitur.*

## *Crocus Martis aperitivus.*

*Fit hoc modo.* Limatura Chalybis ſuperiùs purificata, *Aceto Vini albi acerrimi irroratur aliquoties, exſiccatur, & in pollinem tenuiſſimum redigitur.*

## *Flores Sulphuris.*

℞. Sulphuris flavi puriſſimi, contuſi q. v.

*Indatur Cucurbitæ terreæ, cui ſuperiùs olla figulina adaptetur, & illi ollæ aliæ ſucceſſivè ad quatuor vel quinque, quæ interiùs ſint perforatæ; ſuperiori Alembicum ſuperpone vitreum vel terreum, roſtratum, vel ſaltem ſuperiùs perforatum ad humidi exſtillationem; ſublimetur dein juſto ignis gradu. Quòd autem tot ollæ requirantur, ratio eſt, quia materia Sulphuris tota eſt volatilis, quæ ſuâpte natura ſuprema petit.*

Mer-

## *Mercurius Præcipitatus.*

℞. Hydrargiri optimè purificati lib. j.
Aquæ fortis lib. ij.

*Imponantur ſimul phialæ vitreæ, & ſtent per tres dies naturales; dein phiala reponatur in paropſide figulinâ, cui pulveres laterum coctorum ſufficienter ſint impoſiti: Evaporent valido igne ad ſiccitatem. Frangatur vitrum, & Mercurius conglobatus eximatur, & pulveriſetur: pulveriſatus in paropſide, ſed non vitreatâ agitetur, exſiccetur, & conglobatus toties pulveriſetur, donec rubedinem ſufficientem contraxerit.*

## *Mercurius Dulcis.*

℞. Sublimati corroſivi ℥ iiij.
Mercurii optimè purificati ℥ iij.

*Trita ſimul & matracio indita, in arenâ per gradus ignis ſublimentur per quinque aut ſex horas. Peractâ ſublimatione eximatur pars chryſtallina mediæ matracii regioni adhærens, rejectis fæcibus in fundo relictis, & fuligine ſupremæ regionis. Si pars chryſtallina dulcis & acrimoniæ expers fuerit, reſervetur; ſin minùs, denuò ſublimetur, donec omnem acrimoniam exuerit.*

## *Sal Prunellæ.*

℞. Salis Nitri puriſſimi ℥ viij.

Florum Sulphuris ℥ j.

*Nitrum Crucibulo indatur, & igne mediocri liqueſiat, eiq́ paulatim flores Sulphuris injiciantur, qui poſtquàm abſumpti fuerint, Nitrum inſtar aquæ fluidum in pelvim æneam effunde, diligenter commovendam, ut ad latera lapis chryſtallinus concreſcat.*

## *Sal Abſinthii,*
## *Arthemiſiæ,*
## *Cardui Sancti,*
## *Geniſtæ,* &c.

*Fiunt eodem modo, ſcilicet:*

℞. Cinerum ſubalborũ cujuſvis Herbæ exuſtæ q. v.

*Affunde aquam calentem, ut omnis ſalſedo extrahatur, fiatq́ lixivium, quod filtratum lento igne in ſalis concretionem exſiccato.*

## *Magiſterium Corallorum.*
## *Margaritarum.*
## *Oculorum Cancri.*

℞. Corallorum, *aut*
Margaritarum, *aut*
Oculorum Cancri ſubtiliſſimè pulveriſat. ℥ j.

*Affun-*

*Affunde in amplâ phialâ*

Aceti vini deſtillati ℥ iij.

*Mox efferveſcent; ubi efferbuerint, liquor limpidus ſupernatans per chartam bibulam coletur, & in patellâ terreâ evaporet, ſubinde ligneo bacillo movendo, donec pulvis albus & ſolubilis fiat.*

---

# CLASSIS SEPTIMA.

## Species Aromaticæ.

### *Dia-margaritum Frigidum.*

℞. Margaritarum præparatarum ʒ j ſ.
Santalorum omnium,
Raſuræ Eboris,
Cornu Cervi,
Baccarum Myrthi,
Florum Bugloſſæ,
Nymphææ,
Roſarum rubearum,
Violarum,
Seminum Citri,
Quatuor Frigidorum minorum,
Papaveris albi,

 Cinna-

Cinnamomi ana ʒ ſ.
Coralli utriuſque,
Radicum Zedoariæ ana gr. xv.
Ambræ griſeæ,
Camphoræ ana gr. iij.
*Miſce ſ. a. & fiat Pulvis.*

## *Species Electuarii de Gemmis.*

℞. Margaritarum præparatarum ʒ j ſ.
Lapidum Saphyri,
Hyacinthi,
Sardæ,
Granatorum,
Smaragdi præparator. ana ʒſ. gr. xv.
Zedoariæ,
Doronici,
Corticum Citrii mali,
Macis,
Seminis Ocimi Garyophillati ana ʒ j.
Coralli rubei,
Carabæ,
Raſuræ Eboris ana ʒ ſ. ℈ j.
Been albi,
rubri,
Garyophillorum,
Zinziberis,

Pipe-

Piperis longi,
Spicæ Indicæ,
Folii, *pro quo*, Cortices exteriores Citri ſiccatos,
Croci,
Cardamomi ana ʒ ſ.
Trochiſcorum Diarhodonis,
Ligni Aloës ana ʒ ij ſ.
Cinnamomi,
Zurumbeth, *vel ejus defectu*, Radicis Cyperi,
Galangæ ana ʒ ſ. gr. xv.
*Miſce ſ. a. & fiat Pulvis.*

## *Diambra.*

℞. Radicum Galangę,
Zedoarię,
Folii Indici,
Cinnamomi,
Garyophillorum,
Nucis Muſchatę,
Macis ana ʒ iij.
Piperis longi,
Santali Citrini,
Ligni Aloës ana ʒ ij.
Cardamomi utriuſque,
Spicę Nardi ana ʒ j.
Zinziberis ʒ j ſ. *Miſce, & fiat Pulvis.*

Pul-

## *Pulvis Dia-moſchi.*

℞. Moſchi ʒ ſ.
Oſſis de corde Cervi,
Margaritarum pręparatarum,
Scobis Eboris,
Coralli utriuſque,
Santali Citrini,
albi,
Ligni Aloës,
Cinnamomi,
Macis,
Garyophillorum ana ʒ j.
Florum Roſarum,
Nenupharis ana ʒ j ſ.
Corticum Citri,
Florum Bugloſsi,
Spicę Indicę ana ʒ ſ.
Camphorę gr. ij.
*Miſce ſ. a. & fiat omnium Pulvis.*

## *Dia-trium Santalorum.*

℞. Santali albi,
rubri,
Citrini,

Roſarum,
Sacchari candi ana ℥ iij.
Rhabarbari,
Spodii,
Succi Glycyrrhizæ,
Seminis Portulacæ ana ℥ ij. gr. xv.
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Nucleorum ſeminum Melonum,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Citrulli,
Seminis Scariolæ *.i.* Endiviæ vulgaris, ana ℥ j. ſ.
Camphoræ ℈ j.
*Miſce ſ. a. & fiat Pulvis.*

## *Aromaticum Roſatum.*

℞. Roſarum rubearum ℥ xv.
Glycyrrhizæ raſæ ℥ vij.
Ligni Aloës,
Santali Citrini ana ℥ iij.
Cinnamomi electi ℥ v.
Macis,
Garyophillorum ana ℥ ij. ſ.
Gummi Arabici,

Tragacanthæ aliquantulùm toſtor. ana ℈ viij.
Nucis Muſcatæ,
Cardamomi minoris,
Galangæ ana ʒ j.
Spicæ Nardi ℈ ij.
*Miſce, & fiat omnium ſ. a. Pulvis.*

## *Dia-rhodon Abbatis.*

℞. Roſarum rubearum ʒ xj.
Santali albi,
rubri ana ʒ ij ſ.
Ligni Aloës,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Eboris uſti ana ℈ ij.
Macis,
Spicæ nardi,
Rhabarbari,
Cinnamomi,
Garyophillorum,
Croci,
Fructuum Berberis exſiccatorum,
Seminum Aniſi,
Cardamomi,
Fœniculi,
Ocymi,

Papaveris albi,
Quatuor frigid. minor. mundator.
Scariolæ.
Succi Glycyrrhizæ,
Maſtiches ana ℈ j.
Raſuræ Cornu Cervi,
Margaritarum præparatarum ana ℈ ſ.
Camphoræ gr. vij. *Miſce, fiat Pulvis.*

## *Lætificans Rhaſis.*

℞. Seminis Meliſſæ,
Corticum Citri,
Garyophillorum,
Gallię Moſcatę,
Maſtiches,
Croci,
Cinnamomi,
Nucis Muſchatę,
Cardamomi majoris,
Nucleorum ſeminis Pęonię,
Been albi,
rubri,
Zedoarię,
Doronici,
Seminum Ocymi Garyophillati, ana ʒ ſ.
*Miſce, fiat pulvis.*

## *Dianthos.*

℞. Florum Roriſmarini ℥ j.
Roſarum,
Violarum,
Glycyrrhizę ana ʒ vj.
Garyophillorum,
Spicę,
Nucis Muſchatę,
Galangæ,
Cinnamomi,
Zinziberis,
Zedoariæ,
Macis,
Ligni Aloës,
Cardamomi,
Aniſi,
Anethi ana ℈ iiij.
*Miſce, fiat ſ. a. Pulvis.*

## *Dia-calaminthes Galeni.*

℞. Piperis ℥ iij.
Seminis Liguſtici ℥ j.
Summitatum Thymi,
Seminis Apii ana ʒ ij.
Seſelęos Maſſilienſis,

Pulegii montani,
Seminis Petroſelini Macedonici,
Foliorum Calaminthæ montanæ ana ʒ j.
*Miſce, fiat Pulvis.*

## *Lithon-tripticon.*

℞. Sanguinis hircini præparati,
Glycyrrhizæ raſæ,
Nucleorum perſicorum ana ℥ j.
Seminum Milii ſolis,
Saxifragiæ ana ℥ ſ.
Seminum Apii,
Carui,
Dauci,
Fœniculi,
Geniſtæ,
Lappæ majoris,
Leviſtici,
Petroſelini Macedonici,
Sileris montani,
Urticæ Romanæ,
Macis,
Zinziberis ana ʒ ij.
Oculorum Cancri,
Schœnanthi,
Succini,

Radicum Ononidis ana ʒ ſ.
Lapidis Prunellæ,
Tartari vitriolati ana ʒ ij ſ.
*Miſce, fiat Pulvis.*

## *Dia-trion Pipereon.*

℞. Piperis longi,
nigri,
albi ana ʒ v.
Zinziberis,
Thymi,
Aniſi ana ʒ ij.
Spicæ Indicæ,
Ammios,
Calami Aromatici,
Cinnamomi ana ʒ j.
Caſsiæ ligneæ,
Seminis Apii,
Seſelios,
Radicum Azari,
Enulæ ſiccæ ana ʒ ſ.
*Miſce, fiat Pulvis.*

## *Dia-Ireos Simplex.*

℞. Pulveris Radicum Ireos ℥ j.
Specierum Diatraganthi frigidi,

Sacchari Candi ana ℥ ſ.

*Miſce fiat ſ. a. Pulvis.*

## *Dia-Galanga.*

℞. Radicum Galangæ ʒ vj.
Ligni Aloës,
Seminis Cumini præparati ana ʒ iij.
Leviſtici,
Radicum Acori,
Zinziberis,
Piperis albi,
longi,
Garyophillorum,
Cinnamomi,
Macis ana ʒ j ſ.
Foliorum Calaminthæ,
Menthæ ſiccatorum,
Spicæ Nardi Indicæ,
Seminum Apii,
Aniſi,
Cardamomi minoris,
Carui,
Fœniculi ana ʒ j.

*Miſce, fiat Pulvis.*

## *Pleres Archonticon Nicolai Præpoſiti.*

℞. Cinnamomi,
Garyophillorum
Ligni Aloës
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Nucis Muſchatæ,
Zinziberis,
Spodii,
Schœnanthi,
Cyperi,
Roſarum,
Violarum ana ʒj. gr. xv.
Macis,
Glycyrrhizæ,
Maſtiches,
Styracis Calamitæ,
Majoranę,
Menthę aquaticę,
Ocymi,
Cardamomi,
Piperis longi,
Baccarum Myrthi,
Corticum Citri ana ℈ ij. gr. v.
Margaritarum pręparatarum,

Been

Been albi,
rubri,
Coralli rubri,
Serici toſti an ℈ j. gr. ij.
Camphoræ gr. v.
*Miſce, & fiat ſ. a. Pulvis.*

## *Dia-Tragantbum frigidum.*

℞. Gummi Tragacanthi albi ℥ j.
Arabici ʒ v.
Amyli ʒ ij.
Glycyrrhizæ,
Nucleorum ſeminum Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Melonum ana ʒ j.
Sacchari Candi albi ℥ j ſ.
*Miſce, & fiat Pulvis.*

## *Pulvis ad Epithema cordis.*

℞. Santali rubri ℥ j.
Corticum Citrei mali,
Santali albi,
Roſarum,
Coralli albi,
rubri,

Carabæ,
Eboris uſti ana ℥ ſ.
Oſſis de Corde Cervi,
Croci ana ʒ j.
Specierum lætitiæ,
Electuarii de gemmis,
Diamargariti frigidi ana ℈ iiij.
Camphoræ ℈ j.
*Miſce, & ſ. a. fiat Pulvis.*

## *Dia-lacca major.*

℞. Laccæ præparatæ,
Rhabarbari,
Schœnanti ana ʒ iij.
Radicum Ariſtolochiæ rotundæ,
Aſari,
Coſti,
Gentianæ,
Rubiæ tinctorum,
Spicæ Nardi,
Caſsię ligneę,
Cinnamomi,
Croci,
Herbarum Sabinę,
Hyſſopi,

Succi

Succi Abſinthii condenſati,
Eupatorii aquatici condenſati,
Amygdalarum amararum,
Seminum Ammios,
Aniſi,
Apii,
Fœniculi,
Bdellii,
Maſtiches,
Myrrhę ana ℥ jſ.
Piperis,
Zinziberis ana ℥ j.
*Miſce, & ſ. a. fiat Pulvis.*

---

## CLASSIS OCTAVA.

### De Antidotis, Opiatis, & Electuariis.

*Theriaca Dia-teſſaron.*

℞. Radicum Gentianæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ ana ℥ j.
Mellis deſpumati lib. j.
*Miſce, & fiat ſ. a. Electuarium.*

## *Mithridatium Damocratis.*

℞. Radicum Zinziberis,
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Croci Britannici,
Agarici albi & lęvis,
Myrrhę electę,
Thuris maſculi,
Seminis Thlaſpios ana ʒ x.
Seſelios Maſsilienſis,
Coſti odorati,
Folii Malobathri, *ejus loco*, Cortic. exter. Citri.
Schœnanthi,
Stęchados Arabicę,
Piperis longi,
Succi Hypociſtidos,
Galbani,
Opoponacis,
Styracis Calamitę in guttis,
Therebinthinę Cypriæ,
Opobalſami, *ejus loco*, Olei Nucis Muſchatæ,
Caſtorei ana ℥ j.
Caſsię ligneæ,
Foliorum Polii montani albi,
Schordii veri,

Pipe-

Piperis albi,
Carpobalſami, *ejus loco*, Granorum Juniperi,
Seminis Dauci Cretici,
Bdellii,
Trochiſcorum Cypheos ana ʒ vij.
Nardi Celticæ,
Radicum Gentianæ,
Dictamni Cretici,
Roſarum rubrarum,
Gummi Arabici vermiculati,
Opii Thebaici nitidi,
Seminum Cardamomi minoris,
Fœniculi,
Petroſelini Macedonici ana ʒ v.
Radicum Acori,
Azari,
Valerianæ majoris,
Seminum Aniſi,
Sagapeni ana ʒ iij.
Radicum Meu Athamantici,
Seminum Hyperici,
Acatiæ,
Lumborum Scinci ana ʒ ijſ.
Mellis opt. deſpumati & debitè cocti lib. viij.
*Eliquentur Succi, & Gummi, (præter Arabicum, & Thus, quæ teri debent) vino Malvatico;*

 *Fiatq;*

*Fiatq́ſ. a. Electuarium.*

## *Theriaca Andromachi Senioris.*

℞. Trochiſcorum Scylliticorum ℥ vj.
De Viperis,
Magmatis Hedychroi,
Piperis longi,
Opii Thebaici nitidi ana ℥ iij.
Radicis Ireos Florentinę,
Agarici albi & lęvis,
Comarum Schordii veri,
Roſarum rubrarum,
Cinnamomi,
Opobalſami, *ejus loco*, Olei Nucis Muſcatę,
Succi Glycyrrhizę,
Seminum Napi ana ℥ jſ.
Radicum Coſti odorati,
Quinquefolii,
Rhapontici, *vel ſi deſit*, Rhabarbari,
Spicę Nardi Indicæ,
Zinziberis,
Caſſiæ ligneæ,
Foliorum Dictamni Cretici,
Calaminthę montanę,
Praſſii albi,
Schœnanthi,

Stæ-

Stæchados Arabicę,
Croci Britannici,
Piperis nigri,
Seminis Petroſelini Macedonici,
Therebinthinæ Cypriæ,
Thuris maſculi,
Myrrhæ ana ʒ vj.
Radicum Gentianæ,
Meu Athamantici,
Valerianæ majoris,
Nardi Celticæ,
Folior. Malobathri, *ejus loco*, Cort. Limon. ſicci,
Polii montani albi,
Comarum Chamædryos,
Chamepitheos,
Hyperici,
Carpobalſami, *ejus loco*, Baccarum Iuniperi,
Amomi, *ejus loco*, Acori veri,
Seminum Aniſi
Ammios,
Cardamomi minoris,
Fœniculi,
Seſeleos Maſſilienſis,
Thlaſpeos,
Terræ ſigillatæ Orientalis,
Chalcitidis,

Succi

Succi Acatiæ condenſati,
Hypociſtidis,
Styracis Calamitæ in guttis,
Gummi Arabici vermiculati,
Sagapeni ana ℥ ſ.
Radicum Ariſtolochiæ tenuis,
Summitatum Centaurei minoris,
Seminis Dauci Cretici, *illius loco*, noſtratis,
Galbani puri,
Opoponacis,
Bituminis Iudaici,
Caſtorei ana ʒ ij.
Mellis optimi deſpumati & ad conſiſtentiam cocti lib. xij.

*Diſſolvantur Succi & Gummi vino Malvatico, fiatq́; ſ. a. Electuarium.*

## *Philonium Romanum.*

℞. Piperis albi,
Caſsiæ ligneæ,
Cinnamomi ana ʒ ij.
Euphorbii,
Pyrethri ana ʒ ſ.
Zedoariæ,
Spicæ Nardi ana ℈ ij.
Seminis Hyoſciami ℥ ſ.

Opii

Opii ʒ ij ſ.
Croci ʒ ſ.
Caſtorei,
Myrrhæ ana ʒ j ſ.
Seminum Apii,
Fœniculi,
Dauci,
Petroſelini ana ʒ j.
Mellis optimi deſpumati & cocti q. ſ. *ſc.* lib. j.

## *Philonium Perſicum.*

℞. Seminis Papaveris albi,
Hyoſciami albi ana ʒ x.
Opii Thebaici,
Boli Armeni ana ʒ v.
Lapidis Hæmatitis,
Croci ana ʒ ij. ſ.
Caſtorei,
Spicæ Indicæ,
Euphorbii,
Pyrethri,
Margaritarum,
Carabæ,
Zedoariæ,
Doronici,
Trochiſcorum Ramich ana ʒ ſ. *ejus loco*, Spe-

cies lætificantis Rhaſis,
Camphoræ ℈ ſ.
Mellis roſati triplum. *Miſce*.

## *Requies Nicolai.*

℞. Florum Roſarum,
Violarum ana ℥ iij.
Opii,
Seminum Papaveris albi,
Hyoſciami,
Scariolæ,
Lactucæ,
Portulacæ,
Pſyllii,
Corticum Mandragoræ,
Nucis muſcatæ,
Cinnamomi,
Sacchari turbinati ana ℥ j. ſ.
Santali albi,
citrini,
rubri,
Spodii,
Tragacanthæ ana ℈ ij. gr. v.
Mellis optimi deſpumati & cocti triplum.
*Miſce*.

*Dia-*

## *Dia-ſchordium Fracaſtorii.*

℞. Boli Armeni ℥ j ſ.
Foliorum Schordii ℥ j.
Cinnamomi,
Caſſiæ ligneæ,
Terræ Lemniæ,
Dictamni Cretici,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Biſtortæ,
Galbani,
Gummi Arabici, ana ℥ ſ.
Styracis Calamitæ ℥ ſ. ʒ ſ.
Seminis acetoſæ,
Opii Thebaici ana ʒ j ſ.
Piperis longi,
Zinziberis ana ʒ ij.
Mellis deſpumati lib. ij ſ.
Vini aromatici lib. ſ.
Conſervæ Roſarum rubrarum lib. j.
*Miſce, & fiat ſ. a. Electuarium.*

## *Confectio Alchermes.*

℞. Serici crudi, & aquam non experti ʒ x. ℈ ij.
Succi Pomorum dulcium,

Aquæ Roſarum ana lib. ſ.

*Macerentur horis xxiiij. deinde bulliant modicè lento igne, & exprimantur validè: In expreſſo bulliat lentè*

Granorum Kermes contuſorum ℥ j.

*Vbi decoctum factum fuerit, coletur, & in eo adhuc calente, diſſolve*

Sacchari albi optimi lib. ſ.

*Coquatur ad mellis conſiſtentiam, remotis ab igne adde ſtatim*

Ambræ griſeæ ſeorſim ex modico ſupradictæ decoctionis calentis ſolutæ ℈ iiij.

Lapidis Lazuli loti & præparati,

Ligni Aloës optimi,

Cinnamomi interioris ana ʒ ij.

Margaritarum præparatarum ℈ ij.

Foliorum Auri ℈ j.

Moſchi ſeorſim cum pauxillo Sacchari pulveriſati gr. vij.

*Miſce, & fiat ſ. a. Electuarium.*

## *Confectio de Hyacintho.*

℞. Hyacinthorum,

Coralli rubri,

Terræ lemniæ,

Boli Armeni ana ℥ ſ.

Granorum Kermes,

Radi-

Radicum Tormentillæ,
Dictamni,
Seminis Citri mundati,
Croci,
Myrrhæ,
Roſarum rubrarum,
Santalorum omnium,
Oſsis de Corde Cervi,
Cornu Cervi uſti,
Raſuræ Eboris,
Seminis Acetoſæ
Portulacę ana ʒ j.
Sapphyrorum,
Smaragdorum,
Topazii,
Margaritarum, præparatorum,
Serici crudi,
Bractearum Auri,
Argenti ana ℈ ij.
Camphoræ gr. v.
Syrupi Limonum q. ſ, *Fiat ſ. a. Electuarium.*

*Dividantur pulveres in duas partes, quarū uni addatur*
Moſchi,
Ambræ ana gr. iij.

*Vt cum & ſine Muſco & Ambrâ ſemper habeatur parata.*

## *Dia-ſatyrion.*

℞. Radicum Satyrii recentium & ſucculent. ℥ ij.
Radicum Paſtinacæ ſativæ,
Eringii,
Nucis Indicæ conditorum ana ℥ j.
Pinearum,
Piſtaciorum ana ℥ j ſ.
Garyophillorum,
Zinziberis,
Aniſi,
Seminis Erucæ,
Linguæ avis, *i.* Seminis Fraxini ana ʒ v.
Cinnamomi,
Lumborum ſcincorum,
Seminis Vrticæ ana ʒ ij ſ.
Moſchi gr. vij.
Mellis optimi deſpumati lib. iij.
*Miſce, & fiat ſ. a. Electuarium.*

## *Ovum Philoſophorum.*

℞. Croci ʒ ij.
*Includatur cum vitello in ovi putamine, alterâ tantũ parte per quam eductum eſt albumen, aperto, & poſtea paſtâ occluſo; deinde aſſetur ſub cineribus calidis, materia è teſtâ ablata contundatur in mortario, cui ſenſim adde pulveres ſequentes.*

℞. Di-

℞. Dictamni,
Tormentillæ ana ʒ ij.
Cornu Cervi uſti,
Nucis Vomicæ ana ʒ j.
Angelicæ,
Zedoariæ,
Granorum Iuniperi,
Helenii ana ʒ ij ſ.
Cinnamomi,
Macis ana ʒ j. ſ.
Caphuræ ʒ j.
Theriacæ Andromachi ℥ iij.

*Miſce omnia fortiter contundendo cum ſ. q. Syrupi è ſucco Limonum, & fiat maſſa in vaſe plumbeo reſervanda.*

## *Electuarium de ſucco Ruthæ.*

℞. Radicum Ariſtolochiæ longæ,
rotundæ,
rubiæ tinctorum,
Baccarum Lauri,
Seminis Iuniperi,
Dauci,
Agni caſti,
Ruthæ,
Sabinæ ana ʒ j.
Croci,

Lapi-

Lapidis Gagatis,
Myrrhæ,
Caſtorei ana ℈ j.
Nucleorum Seminis Pæoniæ ℈ ij.
Dictamni Cretici, ʒ ſ.
*Fiat omnium Pulvis, & cum*
Sacchari albi, ſucco Ruthæ diſſoluti, ℥ iij.
*Fiat Electuarium.*

## *Butyrum potabile, ſive rubrum.*

℞. Radicum Bugloſſæ ℥ iiij.
Alchannæ, *i.* Anchuſæ,
Conſolidæ majoris ana ℥ j.
Caſtorei,
Sanguinis Draconis ana ℥ ſ.
Vini rubri lib. j.
Butyri recentis ſine ſale lib. ij.
*Bulliant ad vini conſumptionem.*

## *Electuarium de Baccis Lauri.*

℞. Foliorum Ruthæ ſiccorum ʒ x.
Sagapeni ℥ ſ.
Opoponacis ʒ iij.
Seminum Ammios,
Cumini,

Nigellæ,
Liguſtici,
Carui,
Dauci,
Piperis longi,
nigri,
Origani,
Menthaſtri,
Acori,
Baccarum Lauri,
Caſtorei ana ʒ ij.

*Fiat ſ. a. Pulvis, & cum*
Mellis deſpumati triplo *Fiat Electuarium.*

*Poterunt hujus Electuarii Pulveres in duplici quantitate præparari, ut dimidia pars inter Species aromaticas reſervetur.*

## *Electuarium Diaſarum.*

℞. Syrupi Menthæ,
Violarum ana ℥ viij.

*Coquantur ad ſpiſſitudinem, deinde ſubducto igne, inſperge*
Radicis Peponis arefactæ,
Seminum Raphani,
Vrticæ, tritorum ana ℥ j.
Radicis Azari pulveriſatæ ℥ ij.
Cinnamomi,

Seminis Fœniculi pulveriſatorum ana ʒ iij.
*Miſce, & fiat Electuarium.*

# CLASSIS NONA.

## De Pilulis & Extractis.

### *Pilulæ de Aloë lotâ.*

℞. Aloës ſuccotrinæ pulveriſatæ. q. v.
*Reponatur in paropſide figulinâ vitreatâ; adde,*
Succi, *ſeu* Infuſionis Roſarum pallidarum q. ſ.
*Vt fiat inſtar pultis ſolidioris, tum in ſole, vel ſuper cineres calidos exſiccentur, & hoc tertiò iteretur, & maſſa, in veſicâ bubulâ, oleo Amygdalarum dulcium oblinitâ, reſervetur ad uſum.*

### *Pilulæ Alephanginæ.*

℞. Cinnamomi,
Garyophillorum,
Cardamomi,
Nucis myriſticæ,
Macis,
Calami aromatici,

Galan-

Galangæ,
Santali Citrini,
Scœnanthi,
Roſarum ana ℥ ſ.

*Miſce, omnia ruditer contuſa macerentur per xij. horas in aquæ lib. iiij. Deinde igne modico evaporent ad tertiæ partis conſumptionem. In cujus colaturâ nutriatur*

Aloës ſuccotrinæ pulveriſatæ lib. j.

*Tum ſuper cineres calidos abſumptâ humiditate, adde,*

Pulveris Myrrhæ,
Maſtiches ana ℥ ſ.
Croci ʒ ij.
Syrupi de Abſinthio q. ſ. *Miſce, fiat Maſſa.*

## *Pilulæ Ruffi.*

℞. Aloës electæ ℥ ij.
Myrrhæ ℥ j.
Ammonaici in guttis,
Croci ana ℥ ſ.

*Ammoniacum in pulverem redigitur, & ei ſuperaffunditur aceti vini q. ſ. ut inſtar Alchool fiat: tunc ſenſim alii Pulveres admiſcentur, & cum paſtillo calido rediguntur in maſſam, ex quâ Pilulæ, inſtar lentium, efformentur.*

## *Pilulæ de Eupatorio.*

℞. Myrabolanorum Citrinorum,

Abſinthii,
Succi Eupatorii ana ʒ iij.
Rhabarbari ʒ iij ſ.
Maſtiches ʒ j.
Croci ʒ ſ.
Aloës ʒ v.

*Miſce, & fiat Pulvis: Et cum Syrupo de ſucco Cicorei formetur Maſſa.*

## *Pilulæ de Hyerâ ſimplici.*

℞. Specierum Hyeræ ſimplicis Galeni q. v.
Mellis Roſati q. ſ.

*Miſce, & fiat Maſſa.*

## *Pilulæ de Hyerâ cum Agarico.*

℞. Specierum Hyeræ ſimplicis Galeni,
Agarici trochiſcati ana ℥ ſ.
Aloës optimæ ℥ j.

*Cum Melle roſato fiat Maſſa.*

## *Pilulæ de Agarico.*

℞. Agarici trochiſcati ʒ iij.
Trochiſcorum Alhandal,
Sarcocollæ ana ʒ ij.

Tur-

Turbith electi ʒ v.
Radicum Ireos Florentinæ,
Foliorum Praſſii albi ſiccatorum,
Myrrhæ, ana ʒ j.
Specierum Hyeræ ſimplicis Galeni ℥ ſ.
*Miſce, cum Melle Roſato fiat Maſſa.*

## *Pilulæ maſtichinæ.*

℞. Maſtiches ℥ ſ.
Agarici ʒ iij.
Aloës ʒ x.
*Miſce, cum Oinomelite fiat Maſſa.*

## *Pilulæ de tribus cum Rharbarbaro.*

℞. Rhabarbari,
Aloës,
Agarici ana partes æquales.
*Miſce, cum Syrupo Roſarum ſolutivo fiat Maſſa.*

## *Pilulæ de Cynogloſſa.*

℞. Myrrhæ optimæ ʒ vj.
Thuris maſculi ʒ v.
Radicum Cynogloſſæ ſiccatarum,
Seminis Hyoſciami,
Opii ana ℥ ſ.

Croci,
Caſtorei ana ʒ j ſ.

*Miſce, cum Syrupo de Stœchade fiat Maſſa. Opium tritum cum ſyrupo primùm ſubigitur, tum reliqua ſimplicia.*

## *Pilulæ Imperiales.*

℞. Aloës optimæ ℥ ij.
Rhabarbari electi ℥ j ſ.
Foliorum Senæ,
Agarici trochiſcati ana ℥ j.
Cinnamomi ʒ iij.
Zinziberis ʒ ij.
Nucis Muſcatæ,
Garyophillorum,
Spicæ Nardi,
Maſtiches ana ʒ j.

*Miſce cum Syrupo violato, fiat Maßa.*

## *Pilulæ Alexandrinæ.*

℞. Maſtiches,
Myrrhæ,
Ladani,
Croci,
Opii ana gr. vj.

*Cum Syrupo de Papavere fiant Pilulæ vj. Præſcribuntur*

*hæ*

*hæ Pilulæ in parvâ quantitate, quia ſemper recentes parandæ ſunt.*

## *Pilulæ Cochiæ.*

℞. Spec. Hyeræ ſimplicis Galeni ʒ x.
Colocynthidis ʒ iij. & ℈ j.
Diacridii ʒ ij ſ.
Turpethi,
Stœchados ana ʒ v.
*Miſce, cum Syrupo de Stœchade fiat Maſſa.*

## *Pilulæ Aureæ.*

℞. Aloës optimæ,
Diacridii ana ʒ v.
Roſarum,
Seminis Apii ana ʒ ij ſ.
Aniſi,
Fœniculi ana ʒ j ſ.
Pulpæ Colocynthidos,
Croci,
Maſtiches ana ʒ j.
*Miſce cum Melle roſato, & fiat maſſa.*

## *Pilulæ ſine quibus eſſe nolo.*

℞. Myrabolanorum omnium,

Rha-

Rhabarbari,
Senæ,
Agarici trochiſcati,
Maſtiches,
Abſinthii,
Cuſcutæ,
Roſarum,
Violarum ana ʒ j.
Diacridii ʒ vj ſ.
Aloës optimæ ʒ xiiij.
Mellis ſucco Fœniculi exſpumati q. ſ.

*Miſce, & fiat ſ. a. Maſſa.*

## *Pilulæ de Fumaria.*

℞. Myrabolanorum Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum,
Diacridii ana ʒ v.
Aloës ſuccotrinæ ʒ vij.

*Cum ſucco Fumariæ fiat maſſa, quæ exſiccata teratur, & rurſum eodem ſucco ſubigatur. Tertiò cum Syrupo de Fumariâ fiat Maſſa.*

## *Pilulæ de Hermodactylis.*

℞. Hermodactylorum,

Myra-

Myrabolanorum Citrinorum,
Aloës,
Turbith,
Colocynthidis,
Bdellii mollis,
Sagapeni ana ʒ iij.
Caſtorei,
Sarcocollæ,
Diagredii,
Opoponacis,
Seminis Ruthæ,
Apii ana ʒ j ſ.
Croci ʒ ſ. gr. xv.
Succi Caulium q. ſ. *Miſce, & fiat Maſſa.*

## *Pilulæ Aggregativæ.*

℞. Aloës,
Turbith ana ʒ vj.
Diacridii ʒ v.
Rhabarbari,
Myrabolanorum Citrinorum, ana ℥ ſ.
Agarici albiſſimi,
Trochiſcorum Alhandal,
Polypodii,
Myrabolanorum Chebulorum,
Indorum ana ʒ ij.

Q Maſti-

Maſtiches,
Roſarum,
Epithymi,
Seminis Aniſi,
Zinziberis,
Salis Gemmæ ana ʒ j.
Succorum Eupatorii,
Abſinthii, ana ʒ ij.

*Miſce ſ. a. & cum Syrupo Roſarum pallidarum fiat Maſſa.*

## *Pilulæ de Nitro.*

℞. Aloës,
Colocynthidos,
Diacridii,
Hellebori nigri,
Bdellii,
Gummi Arabici ana ʒ ij.
Euphorbii præparati, *uti infrà dicetur,*
Nitri ana ʒ j.

*Miſce cum Melle roſato, & fiat Maſſa.*

## *Pilulæ de Lapide Lazuli.*

℞. Lapidis Lazuli præparati ʒ j ſ.
Epithymi,
Polypodii quercini,

Aga-

Agarici ana ʒ ij.
Scammoneæ,
Hellebori nigri,
Salis Gemmæ ana ʒ ſ. gr. vij.
Garyophillorum,
Aniſi ana ℈ ij. gr. v.
Specierum Hyeræ ſimpl. Galeni ʒ iij ſ. gr. xv.
*Miſce cum ſucco Endiviæ, fiat Maſſa.*

## *Pilulæ de Mercurio dulci.*

℞. Mercurii dulcis optimè ſublimati ʒ iij.
Seminum Milii ſolis,
Nucis myriſticæ ana ʒ ij ſ.
Rhabarbari optimi ʒ ij.
Tartari albi ʒ j ſ.
Calami Aromatici,
Seminum Malvarum,
Urticæ ana ʒ j.
Therebinthinæ Venetæ aquâ Roſarum lotæ & coctæ ℥ ij.

*Miſce, & ſ. a. fiant Pilulæ ix. ex* ʒ j. *Serventur ad uſum.*

*Obſervandum quòd Maſſæ Pilularum quæ Aloën recipiunt, aliquamdiu & exactè piſtillo calido ſubigendæ & contundendæ ſunt, ne ſcilicet intùs bient, & ſic mucorem contrahant.*

## *Globuli pro fonticulis qui occalluerunt.*

℞. Viridis æris ʒ j ſ.
Radic. Gentianæ,
Cantharidum pulveriſatarum ana ʒ j.
*Miſce, & ſ. a. & cum Ceræ albæ ʒ vj. fiant Globuli.*

## EXTRACTA.

### *Extractum Catholicum*, ſeu, *Panchymagogum.*

℞. Specierum Diarhodonis Abbatis ℥ ſ.
*Superaffunde*
Spiritus Vini optimè rectificati,
Aquæ Cinnamomi ana ℥ ij.

*Detineantur in infuſione per horas xxiiij. ſæpiùs de die agitando: Auferatur per inclinationem liquor, & ſeorſim reſervetur. Iterum eadem quantitas ſpiritus Vini & aquæ Cinnamomi ſuperaffundatur, ut anteà, & reiteretur toties donec Species nullam de ſe tincturam emittant: Colatura ut antè ſervetur; tunc*

℞. Foliorum Senæ mundatæ ℥ j.
Turbith albi & gummoſi,
Rhabarbari,
Colocynthidos,

Aga-

Agarici,
Hellebori nigri ana ℥ ſ.
Diacridii,
Aloës ana ʒ vj.
Cinnamomi,
Aniſi,
Zinziberis ana ʒ j.
Spicæ Nardi,
Garyophillorum ana ʒ ſ.
Croci ℈ j.

*Contundantur ſ. a. omnia craßiuſculè, & ſuperaffunde tantum Aquæ vitæ optimè rectificatæ quantum ſufficit, ut ad digiti tranſverſi craſsitiem ſupereemineat, & dein*

Succi Citri depurati ℥ iiij.

*Detineantur in maceratione loco calido per xxiiij. horas. Deinde in vaſe figulino vitreato fervefiant ad ebullitionem uſq; excluſivè, & per telam cannabinam fortiter exprimantur. Expreßioni adde priorem colaturam, & ſimul lento igne evaporent, donec conſiſtentiam Pilulis formandis idoneam acquirant; cavendo tamen ne comburantur. Serventur ad uſum in veſiculâ bubulâ oleo Amygdalarum dulcium oblinitâ.*

## *Ladanum Theophraſti.*

℞, Specierum Diambræ ℥ ij.

*Superaffunde ſpiritus Vini optimè rectificati, tantum ut*

*ad latum digitum ſuperemineat: tunc adde*

Opii Thebaici nitidi ʒ vj.
Mumiæ ʒ ſ.
Succi Hyoſciami ℥ j.
Coralli rubri,
Succini albi, præparatorum ana ℈ ij.
Croci ℈ j.
Moſchi gr. xv.
Ambræ griſeæ gr. xij.

*Stent in Infuſione per menſem in loco calido, & bene obturentur; dein calefiant omnia, & fortiter exprimantur: Colatura reſervetur ſeparatim. Expreſsis denuò adjice tantum ſpiritus Vini, ut priùs, & macerentur per aliquot dies. Vltimò calefiant & exprimantur, & utraq; colatura, in vaſe figulino vitreato leviter ſimul evaporet in ſpiſsitudinem, Pilulis conficiendis aptam ut præcedens. Servetur ad uſum.*

---

# CLASSIS DECIMA.

## De Trochiſcis.

### *Trochiſci Hedichroi.*

℞. Ligni Aſphalati, *pro quo*, Santali Citrini,
Foliorum Majoranæ,

Mari

Mari veri, *pro quo*, Dictamni,
Radicum Azari,
Calami Aromatici,
Coſti,
Valerianæ majoris,
Ligni Aloës,
Schœnanthi,
Opobalſami, *pro quo*, Balſami Indici veri,
Cinnamomi ana ʒ iij.
Folii, *pro quo*, Corticis exterioris Citri ſiccati,
Caſſiæ ligneæ,
Spicæ Nardi Indicæ,
Myrrhæ,
Croci optimi ana ʒ vj.
Amomi, *pro quo*, Acori, ℥ ſ.
Maſtiches ʒ j.

*Miſce, & ſ. a. cum Vino Malvatico fiant Trochiſci, Balſamo Indico inungendi.*

## *Trochiſci Scyllitici.*

℞. Medullæ Scyllæ præparatæ lib. j.
Farinæ Orobi albi, & non ruffi ℥ viij.

*Trita ſimul reducantur in Trochiſcos.*

## *Trochiſci Cypheos.*

℞. Pulpæ Uvarum paſſarum pinguium & exaci-

nata-

natarum,
Therebinthinæ Cypriæ coctæ ana ℥ iij.
Myrrhæ,
Schœnanthi ana ℥ j ſ.
Cinnamomi ℥ ſ.
Bdellii,
Spicæ Nardi,
Caſſiæ ligneæ,
Cyperi,
Baccarum Iuniperi ana ʒ iij.
Calami Aromatici ʒ ix.
Aſphalati, *pro quo*, Saſſafras, ʒ ij ſ.
Croci ʒ j.
*Cum Melle deſpumato & Vino generoſo fiant Trochiſci.*

## *Trochiſci Galliæ Moſchatæ.*

℞. Ligni Aloës veri ʒ ij ſ.
Ambræ ʒ j.
Moſchi ʒ ſ.
Gummi Tragacanthi in aquâ Roſatâ ſoluti q.ſ.
*Cogantur in Trochiſcos.*

## *Trochiſci Dia-rhodon.*

℞. Roſarum rubrarum ℥ j.
Glycyrrhyzæ ʒ ſ.

Ligni

Ligni Aloës,
Spicæ ana ʒ ij ℈ ij.
Maſtiches ʒ ij.
Eboris uſti ℈ iiij.
Croci ℈ ij.
*Miſce, & ſ.a. cum Vino albo fiant Trochiſci.*

## *Trochiſci de Carabe,* ſeu, *Succino.*

℞. Carabes ℥ j.
Cornu Cervi uſti,
Gummi Arabici toſti,
Tragacanthi,
Coralli rubri uſti,
Acatiæ,
Hypociſtidos,
Maſtiches,
Balauſtiarum,
Laccæ,
Seminis Papaveris nigri, aſſi, ana ʒ ij. ℈ ij.
Thuris,
Croci,
Opii ana ʒ ij.
*Miſce, & ſ. a. cum Mucagine ſeminis Pſillii fiant Trochiſci.*

## *Trochiſci de Capparibus.*

℞. Corticis radicis Capparis,
Seminis Agni Caſti ana ʒ vj.
Gummi Ammoniaci ℥ ſ.
Nigellæ,
Calaminthæ,
Acori,
Amygdalarum amararum,
Seminis Naſturtii,
Foliorum Ruthæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Succi Eupatorii inſpiſſati ana ʒ ij.
Cyperi,
Scolopendrii ana ʒ j.

*Miſce cum Ammoniaco, Aceto diſſoluto, & fiant ſ. a. Trochiſci.*

## *Trochiſci de Myrrha.*

℞. Myrrhæ electæ ʒ iij.
Lupinorum ʒ v.
Foliorum Ruthæ,
Mentaſtri,
Pulegii,
Rubiæ Tinctorum,
Cumini,

Aſſæ

Aſſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opoponacis ana ʒ ij.
*Miſce, & ſ. a. cum ſucco Arthemiſiæ formentur Trochiſci.*

## *Trochiſci de Eupatorio.*

℞. Mannæ,
Succi Eupatorii ana ℥ j.
Roſarum ℥ ſ.
Spodii, *vel*, Eboris combuſti ʒ iij ſ.
Spicæ Nardi Indicæ ʒ iij.
Rhabarbari,
Azari,
Aniſi ana ʒ ij ſ.
*Miſce, & cum aquâ Cicorei fiant Trochiſci.*

## *Trochiſci de Rhabarbaro.*

℞. Rhabarbari optimi ʒ x.
Succi Eupatorii,
Amygdalarum amararum ana ℥ ſ.
Roſarum,
Spicæ Nardi,
Aniſi,
Rubiæ tinctorum,
Seminis Apii,

Abſinthii,
Azari ana ʒ j.
*Miſce, cum aquâ Borraginis fiant Trochiſci.*

## *Trochiſci de Agarico.*

℞. Agarici electi ℥ j.
Salis Gemmæ ʒ ij. & ℈ ij.
*Miſce, cum Syrupo Acetoſo fiant Trochiſci.*

## *Agaricus Trochiſcatus.*

℞. Agarici electi & pulveriſati ℥ j.
Vini albi infuſionis Zinziberis q. ſ.
*Miſce, fiant Trochiſci.*

## *Trochiſci de Abſynthio.*

℞. Roſarum,
Abſinthii,
Aniſi ana ʒ ij.
Rhabarbari,
Succi Eupatorii,
Azari,
Seminis Apii,
Amygdalarum amararum,
Spicæ Nardi Indicæ,
Maſtiches,

Folii,

Folii *pro quo*, Caſsiæ ligneæ, ana ʒ j.
Succi Endiviæ q. ſ.
*Miſce, fiant ſ. a. Trochiſci.*

## *Trochiſci Alhandali.*

℞. Pulpæ Colocynthidos ℥ v.
*Incidantur minutiſsimè, & manibus Oleo roſato imbutis, perfricentur, & fiat Pulvis: dein ſume*
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Bdellii ana ʒ iij.
*Quæ ruditer contuſa macerentur in aquâ Roſarum, donec diſſolvantur, & cum parte lachrymarum reſolutarum formentur Trochiſci, qui ſiccentur, & poſt pulveriſentur, & denuò cum reliquo diluto in Trochiſcos cogantur.*

Animadvertendum quòd hi Trochiſci in ſatis magnâ quantitate præſcripti ſunt, eâ intentione, ut deinceps in quibuſcumque Confectionibus ſolidis vel liquidis quæ Colocyntbidē recipiunt, loco Colocynthidis ſimplicis, imponantur: excepto tamen Pulvere pro acuandis ſuppoſitoriis præſcripto, qui grana ejus recipit.

## *Trochiſci Bechici albi.*

℞. Sacchari turbinati albiſsimi lib. j.
Candi albi,
Penidiorum ana ℥ iiij.

Pulveris radicis Ireos Florentinæ,
Amyli ana ℥ j ſ.

*Cum mucagine Gummi Tragacanthæ ex aquâ Roſarum paratâ fiant Trochiſci.*

## *Trochiſci albi Rhaſis*, ſeu, *Sief album.*

℞. Ceruſſæ aquâ Roſarum lotæ ʒ x.
Sarcocollæ craſsioris ʒ iij.
Amyli ʒ ij.
Gummi Arabici nitidi,
Tragacanthi ana ʒ j.
Camphoræ ʒ ſ.

*Cum albumine ovi aquâ Roſarum conquaſſati fiant ſ. a. Trochiſci. Interdum pro arbitrio Medici additur Opium.*

---

# CLASSIS VNDECIMA.

## De Oleis.

## OLEA PER EXPRESSIONEM.

### *Oleum Amygdalarum dulcium.*

℞. Amygdalarum dulcium benè ſiccatarum q. v.

*Contunde in mortario marmoreo minutiſsimè & diutiſsimè, & telâ cannabinâ involutæ, prœlo exprimantur.*

Eo-

*Eodem modo ſub prælo eliciuntur:*

*Oleum* { *Amygdalarum amararum,*
*Nucum Juglandium,*
*Macis,*
*Nucis myriſticæ,*
*Ovorum.*

*Ex Emporiis habentur:*

*Oleum* { *Papaveris albi,*
*Hyoſciami albi,*
*Nigellæ,* &c.

## OLEA PER INFVSIONEM ET DECOCTIONEM.

### *Oleum Roſarum.*

℞. Folior. Roſarum rubrarum recentium & apertarum, leviter contuſarum lib. iiij.

*Conjice in vas lapideum, & affunde*

Olei Olivarum non rancidi lib. x.

*Detineantur aliquamdiu in infuſione, loco calido; dein coquantur lento igne ad humiditatis conſumptionem, & colentur.*

*Eo quo Roſaceum modo, fiant & ſequentia; eâ animadverſione tamen adhibitâ, ut in coquendis Herbarum calidarum Oleis, earundem decoctum addatur, ne diutiùs bulliendo adurantur.*

## *Oleum*

De Abſynthio, *vulgari & recenti.*
Anethinum, *ex ſummitatibus virentibus.*
Chamomelinum, *ex floribus recentibus.*
Cheyrinum, *ex floribus recentibus.*
Liliorum alborum, *ex floribus, abjecto luteo.*
Menthæ, *ex Menthâ Romanâ viridi.*
Majoranæ, *ex foliis & cymis recentibus.*
Nymphææ, *ex floribus albis, abjecto luteo.*
Solatri, *ex Baccis contuſis.*
Violaceum, *ex Violis recentibus.*

## *Oleum Apparitii.*

℞. Tritici viridis,
Florum Hypericonis recentium ana ℥ iij.
Foliorum Valerianæ,
Cardui ſancti, recentium, ana ℥ ij.

*Macerentur Flores & Herbæ in Vini albi q. ſ. per horas xxiiij. Tum adde*
Olei veteris lib. j ſ.
Therebinthinæ Venetæ lib. j.

Co-

*Coquantur ſimul, exceptâ Therebynthinâ, ad humiditatis conſumptionem; Adde*

Olibani pulveriſati ℥ iij.

*Coquantur parum, tandem adde Therebynthinam. Colentur, & fortiter exprimantur ad uſum.*

## *Oleum Hypericonis.*

℞. Olei antiqui clari lib. ij.

Florum Hypericonis contuſorum ℥ viij.

*Infundantur per aliquot dies, tùm additis*

Vini rubri ℥ vj.

*Coquantur ad humiditatis conſumptionem. Expreſſo adde*

Therebynthinæ claræ ℥ vj.

Croci ℈ ij.

*Colentur, & ſerventur ad uſum.*

## *Oleum Maſtichinum.*

℞. Olei Roſati lib. j.

Maſticis electæ ℥ iij.

Vini rubri ℥ ij.

*Maſtix trita paulatim inter coquendum affundatur continuò movendo, & lento igne humiditas evaporet.*

## *Oleum Myrtillorum.*

℞. Baccarum Myrti ruditer contuſarum lib. ſ.

Olei lib. j ſ.

Vini rubri auſteri lib. ſ.

*Coquantur ad Vini conſumptionem; colentur & exprimantur.*

## *Oleum Irinum.*

℞. Olei communis lib. j ſ.
Aquæ communis lib. ſ.
Radicum Iridis inciſarum lib. j.
Radicum Liliorum alborum ℥ j.
Radicum Helenii ʒ vj.
Anchuſæ ʒ v.
Cinnamomi,
Benzoini,
Spicæ ana ʒ ij.

*Inciſa & contuſa macerentur in Oleo & Aqua per quinque dies; dein lento igne coquantur ad humiditatis conſumptionem.*

## *Oleum Samſuchinum.*

℞. Samſuchi. *.i.* Majoranæ M ij.
Serpilli M j ſ.
Foliorum Myrthi M j.
Abrotani,
Menthæ aquaticæ ana M ſ.
Caſſiæ ligneæ veræ ℥ j.
Olei communis q. ſ.

*Miſce,*

*Miſce, & fiat ſ. a. Oleum. Hoc Oleum eſt pro Emplaſtro de Meliloto.*

## *Oleum Lumbricorum terreſtrium.*

℞. Lumbricorum terreſt. priùs purgatorum, dein Vino albo ſubmerſorum & lotorum lib. j.
Olei veteris clari lib. ij.
Vini rubri lib. ſ.

*Bulliant ad Vini conſumptionem; colentur & exprimantur, rurſumq; igni exponantur, ad omnimodam humiditatis evaporationem.*

## *Oleum Vulpinum.*

℞. Vulpem adultam & carnoſam, excoriatam & exenteratam, oſſibus confractis & contuſis, per partes minutim conciſam.

*Affunde*
Muriæ dilutioris q. ſ.

*Coquatur & deſpumetur. Ex dimidiâ parte coctæ adde*
Olei veteris lib. iiij.

*Bulliant iterùm ad artuum diſſolutionem; tum adjice*
Thymi,
Origani Hiſpanici,
Summitatum Anethi ana ℥ iij.

*Coquantur ad humidi conſumptionem; Colentur & expriman-*

*mantur. Si qua humiditas in fundo poſt expreſsionem ſuperſederit, ea per Infundibulum ſeparetur.*

## *Oleum Croci pro Emplaſtro de Ranis.*

℞. Calami aromatici,
Croci ana ℥ ſ.
Cardamomi ʒ iij.
*Macerentur per v. dies in*
Vini albi ℥ iiij.
*Adde*
Olei veteris ℥ ix.
*Coquantur lento igne ad Vini conſumptionem: Colentur & ſerventur ad uſum.*

## *Oleum Cytoniorum.*

℞. Carnis Cytoniorum tritorum,
Succi eorum ana lib. ſ.
Olei Omphacini lib. j. & ℥ iij.
*Ponantur in vaſe vitreo, aut ſaltem vitreato, & per xv. dies inſolentur: Dein coquantur lento igne ad humidi conſumptionem, aut in duplici vaſe. Colentur, exprimantur & reſerventur ad uſum, obſervando ne ulla in fundo remaneat humiditas, ut anteà dictum.*

## *Oleum Nardinum.*

℞. Nardi Indicæ minutim conciſæ ℥ iij.

Vini albi,
Aquæ ana ℥ ij ſ.
Olei lib. j ſ.

*Coquendo frequenter moveantur in vaſe vitreato, lento igne, ad humidi diſsipationem.*

## *Oleum de Capparibus.*

℞. Corticum Radicum Capparorum ℥ j.
Corticis Mediani Thamariſci,
Foliorum Thamariſci,
Seminis Agni Caſti,
Ceterach,
Cyperi ana ʒ ij.
Ruthæ ʒ j.
Aceti,
Vini albi ana ℥ ij.
Olei maturi lib. j.

*Coquantur omnia in vaſe duplici ad humiditatis conſumptionem: Oleum colatum reſervetur ad uſum.*

## *Oleum Myrthinum.*

℞. Foliorum Myrthi viridium ℥ v.
Olei Omphacini lib. j.

*Miſce, & per octo dies inſolentur: dein leviter coquantur. Expreſſa folia rejiciantur, & recentia imponantur; idq; ter iteretur. Oleum expreſſum ad uſum ſervetur*

# OLEA PER DESTILLATIONEM.

## *Oleum Seminum Aniſi.*

℞. Seminum Aniſorum contuſorum lib ij.
Aquæ fontis lib. xv.

*Macerentur, & ſerventur per dies aliquot: tum deſtillentur per Refrigeratorium, & Oleum ab aqua per Infundibulum ſeparatum aſſerva.*

*Eodem modo parentur,*

*Olea* { *Seminum Carui,*
*Fœniculi,*
*Roriſmarini,*
*Salviæ,*
*Thymi,*
*Corticum Aurantiorum,*
*Citriorum,* &c. }

## *Oleum Garyophillorum.*

℞. Garyophillorum contuſorum lib. ij.
Aquæ Fontanæ lib. xx.

*Macerentur per aliquot dies: tum deſtillentur per Retortam, ſervatis ignis gradibus*

Eo-

*Eodem modo parentur* Oleum Cinnamomi, *& aliorum Aromatum.*

### *Oleum Ceræ.*

℞. Ceræ flavæ partem unam.

*Liquefiat, & tamdiu fuſa per ignem teneatur dum nullas ampliùs bullas edat: tum amotæ ab igne admiſce*

Arenæ partes tres.

*Indantur ſimul Retortæ amplæ, ut tertia ſolùm pars repleatur, & deſtillentur, ſervatis ignis gradibus.*

## OLEA PER DESCENSVM.

*Sunt illa Officinis uſitata.*

*Oleum* { *Gujaci,* *Gagatis,* *Juniperi,* *Laterum,* *Laurinum,* *Petroleum,* *Scorpionum,* *Spicæ,* ſeu, *Lavendulæ majoris,* *Succini,* *Therebynthinæ,* Et ſimilia.

CLAS-

# CLASSIS DVODECIMA.

## De Vnguentis.

### *Unguentum Roſaceum.*

℞. Axungiæ porcinæ q. v.

*Incidatur minutim; tum ſuperaffunde aquæ q. ſ. Bulliant ad colliquationem, & humiditatis conſumptionem; colentur per ſetaceum aut telam cannabinam, & erit mundata à pelliculis & præterea tota alba. Cui admiſce*

Roſarum recentium mundatarum & modicè in pilâ lapideâ contuſarum quantum Axungia capere poteſt.

*Macerentur per aliquot dies; tum colliquentur & exprimantur: Adde denuò Roſas recentes, hocq; tertiò. In fine decoquantur ad humiditatis conſumptionem; etiam affundendo*

Aquæ Roſarum lib. j.

*Poſt refrigerationem ducatur pars venditioni exponenda piſtillo ligneo in vaſe marmoreo, ſuperaffuſâ aquâ roſaceâ, & Vnguentum erit granoſum & candidum.*

### *Unguentum infrigidans Galeni.*

℞. Olei Roſati ℥ iiij.
Ceræ albæ ℥ j.

*Li-*

*Liquentur ſimul, fuſa agitentur dum refrigeſcant; tum affuſâ ſæpiùs aquâ frigidâ diu ſubigantur, donec albeſcant, poſtremùm*

Aquæ Roſarum, *&*

Aceti roſati tantillo, *abluantur, & fiat Vnguentum.*

## *Unguentum Nutritum.*

℞. Litargirii aurei tenuiſſimè triti partes tres,

Olei Roſati partes duas,

Aceti Vini partem unam.

*Affunde Litargirio alternatim modò Oleum, modò Acetum, & piſtillo tamdiu ducantur in mortario, donec craſſitiem debitam & candorem nanciſcantur.*

## *Unguentum album Rhaſis.*

℞. Olei Roſati ℥ vj.

Ceræ albæ ℥ iiij.

*Liquentur ſimul; liquefactis adde,*

Pulveris Ceruſſæ Venetæ lotæ ℥ viij.

*Moveantur continuò, donec inſpiſſentur. Fiat Vngnentum.*

CAMPHORATUM *fiet, ſi lib. j. unguenti addas*

Camphoræ aquâ Roſarum tritæ ʒ j. *Miſce.*

## *Unguentum Ægyptiacum.*

℞. Æruginis pulveriſatæ ℥ v.

Mellis crudi ℥ xiiij.
Aceti Vini acerrimi ℥ vij.
*Coquantur ſimul ad Vnguenti ſpiſsitudinem.*

## *Vnguentum Baſilicon.*

℞. Picis navalis,
Reſinæ pinguis,
Ceræ Citrinæ ana lib. j.
Olei communis lib. ij.
*Miſce, & fiat ſ. a. Vnguentum.*

## *Vnguentum Dia-pompholygos.*

℞. Olei granorum Solatri ℥ xvj.
Ceræ flavæ ℥ v.
*Liqueſcant igne lento; remotis ab igne, inſperge Pulveres ſequentes,*
Pompholygis præparatæ,
Plumbi uſti & loti ana ℥ ij.
Ceruſſæ lotæ ℥ iiij.
Thuris maſculi ℥ j.
*Moveantur continuò ad refrigerationem, & fiat Vnguentum.*

## *Vnguentum Aureum.*

℞. Olei veteris & clari lib. ij ſ.

Ceræ

Ceræ Citrinæ ℥ vj.
Therebinthinæ claræ ℥ ij.
Reſinæ aridæ,
Colophoniæ ana ℥ ſ.
Olibani,
Maſtiches ana ℥ j.
Croci optimi triti ʒ j.
*Miſce, & fiat ſ a. Vnguentum.*

## *Unguentum mundificativum de Apio.*

℞. Succorum Apii,
Abſinthii,
Betonicæ,
Plantaginis ana ℥ j.
Mellis communis ℥ v.
*Bulliant ad ſuccorum conſumptionem : Tum adde*
Therebinthinæ Venetæ ℥ iiij.
Farinæ Lupinorum,
Hordei ana ʒ ij.
Pulveris Aloës,
Ireos Florentinæ,
Myrrhæ ana ʒ j.
*Miſce & fiat ſ. a. Vnguentum.*

## *Unguentum Oculare.*

℞. Lapidis Calaminaris præparati ℥ iij.

Tuthiæ præparatæ ℥ j.
Vitrioli albi ℈ ij.
Unguenti roſati lib. j.

*Pulveres ita lævigentur, ut ſint impalpabiles; tunc omnia ſimul in marmore ducantur inſtar colorum Pictoris.*

## *Unguentum Apoſtolorum.*

℞. Therebinthinæ claræ,
Reſinæ ſiccæ,
Ammoniaci,
Ceræ flavæ ana ʒ xiiij.
Litargyrii aurei ʒ ix.
Radicum Ariſtolochiæ tenuis,
Olibani,
Bdellii ana ʒ vj.
Myrrhæ,
Galbani ana ℥ ſ.
Opoponacis,
Viridis æris ana ʒ ij.
Olei communis lib. ij.

*Confice ſic:*

*Litargyrium tenuiſsimè tritum cum tertiâ Olei parte, lento igne liquetur, & quadantenùs coquatur; immitte poſtea Ceram, Reſinam & Olei reliquum: fuſis & frigefactis affunde Gummi calentia, priùs aceto ſoluta & colata, ad Mellis conſiſtentiam cocta, & cum Therebinthinâ commixta. Tum*

adjice

*adjice reliqua probè pulveriſata; ultimò tamen æruginem cum modico Olei prædicti in mortario deductam. Et fiat ſ. a. Vnguentum.*

## *Unguentum Pomatum.*

℞. Axungiæ porcinæ recentis mundatæ, fuſæ, & lotæ lib. ij.
Ligni Rhodii,
Saſſafras,
Radicum Acori,
Ireos Florentinæ ana ℥ ß.
Benzoini,
Styracis Calamitæ ana ʒ iij.
Garyophillorum ʒ j.

*Fiat Pulvis rudis qui ſaccello lineo mundo inſuatur, & in vaſe vitreato cum Axungiâ coquatur aliquantulũ; tum Poma Camuſia (quæ noſtrates* Hollierſen *vocant) ad libram ſemis, priùs decorticata & inciſa in fruſta, imponantur, & remota ab igne ſtent per tres aut quatuor dies in maceratione: poſt additis*

Aquæ Roſarum ℥ iiij.

*Lento igne coquantur ad humiditatis conſumptionem: Colentur & exprimantur. Si qua in fundo remanet humiditas, ea per Infundibulum ſeparetur.*

## *Vnguentuus Enulatum.*

℞. Pulpæ Radicum Enulæ Campanæ, ex aquâ communi coctæ lib. j.
Pulpæ Radicum Oxylapathii, eodem modo coctæ lib. ſ.

*Miſceantur, & ſuperaffunde*
Aceti Vini ℥ iiij.

*Recoquantur ad humiditatis evaporationem; dein adde*
Axungiæ Porcinæ veteris,
Olei veteris ana ℥ iiij.
Therebinthinæ lotæ ℥ iij.
Ceræ flavæ ℥ j.
Salis communis optimè triti,
Aluminis ana ℥ ſ.
Pulveris Radicum Hellebori, albi,
nigri ana ʒ ij.

*Miſce, & fiat ſ. a. Vnguentum.*

## *Unguentum Enulatum cum Mercurio.*

℞. Unguenti Enulati præcedentis lib. j.
Argenti vivi ſucco Limonum extincti ℥ j.

*Miſce, & fiat ſ. a. Vnguentum.*

*Vnguen-*

## *Vnguentum Althææ ſimplex.*

℞. Radicum Althææ minutim inciſarum, & leviter contuſarum ℥ iiij.
Seminum Fœnigræci,
Lini integrorum ana ℥ ij.
Aquæ communis lib. vj.

*Infundantur ſimul per xij. horas, ſubinde agitando; tum coquantur leviter ad craſsiorem conſiſtentiam, exprimantur & colentur, poſt*

℞. Mucaginis extractæ lib. ij.
Olei communis lib. iiij.

*Bulliant ſimul ad humiditatis aqueæ conſumptionem, ſubinde movendo, ne adurantur; tunc adjice*

Ceræ flavæ lib j.
Reſinæ mollis lib. ſ.
Therebinthinæ ℥ ij.

*Miſce, & fiat ſ. a. Vnguentum.*

## *Vnguentum Althææ cum Gummis.*

℞. Mucaginis, *ut in præcedenti Vnguento*, lib. ij.
Olei communis lib. iiij.

*Bulliant, ut ſuprà: Sub mediam coctionem adjice*

Succi Scyllæ ℥ iij.

*Coquantur ad humiditatis evaporationem: Tunc adde*

Ceræ

Ceræ flavæ lib. j.
Colophoniæ,
Reſinæ liquidæ ana lib. ſ.
Pulveris Gummi Hederæ,
Galbani Aceto ſoluti & cocti,
Therebinthinæ ana ℥ ij.

*Miſce, & fiat ſ. a. Vnguentum.*

## *Vnguentum Populeum.*

℞. Oculorum Populi arboris recentium & contuſorum lib. iij.
Axungiæ porcinę recentis fuſæ & colatæ lib. vj.

*Mixta ſimul macerentur, donec Herbæ ſequentes ſub initium æſtatis colligi poſſint. Tunc*

℞. Foliorum Bardanæ,
Hyoſciami,
Lactucæ,
Mandragoræ,
Papaveris nigri,
Sedi majoris,
minoris,
Solani,
Umbilici Veneris, *ejus loco*, Craſſulæ,
Cymarum rubi teneriorũ ana M vj.

*Contuſa omnia commiſceantur Axungiæ & oculis Populi: poſt aliquot dies adde*

Succi

Succi Solatri,

Aquæ Roſarum ana lib. j.

*Coquantur ad humiditatis conſumptionem; Colentur & exprimantur.*

## *Vnguentum Alabaſtrinum.*

℞. Succorum Camomillæ ℥ ij.

Roſarum ℥ j.

Ruthæ,

Betonicæ ana ʒ vj.

Radicum Altheæ ℥ j.

Pulveris Alabaſtri optimi & puriſſimi ℥ j ſ.

Olei Roſati ℥ ix.

*Alabaſtrum per diem naturalem infundatur in Oleo; tum additis ſuccis, & cum Oleo conſumptis, ſume*

Ceræ albæ q. ſ.

*Ad Vnguenti conſiſtentiam.*

## *Vnguentum Reſumptivum.*

℞. Seminis Lini,

Althææ,

Fœnigræci,

Gummi Arabici,

Tragacanthi ana ʒ ij.

*Macerentur & bulliant in*

Aquæ Roſarum lib. ſ.

*Eliciatur Mucilago, in quâ diſſolve,*

Adipis Suilli,
Gallinæ,
Anſeris,
Anatis ana ℥ ij.
Oeſypi humidæ ℥ ſ.
Olei Violarum,
Camomelini,
Amygdalarum dulcium ana ℥ ij.
Butyri recentis,
Ceræ flavæ ana lib. ſ.

*Coquantur ſ. a. in Vnguentum.*

## *Vnguentum de Glycyrrhizâ.*

℞. Glycyrrhizæ recentis ac ſucculentæ ℥ ij.
Butyri recentis aquâ Roſarum & Solatri aliquoties abluti lib. ſ.

*Piſtentur ſimul in mortario; poſteà frigantur in ſartagine, colentur & exprimantur, hocq; tertiò iteretur, reaſſumptâ ſemper novâ Glycyrrhiſâ. Butyro ſic præparato adde*

Ceruſæ mundiſſimæ pulveriſatæ ℥ j ſ.
Pompholygos ʒ j.
Albuminis ovi conquaſſati ʒ vj.
Camphoræ ℈ j.

*Miſce, & fiat ſ. a. Vnguentum.*

*Vn-*

## *Vnguentum Aregon.*

℞. Radicum Ari,
Cucumeris agreſtis,
Bryoniæ contritarum,
Foliorum Majoranæ,
Roriſmarini,
Ruthæ,
Serpilli,
Lauri,
Pulicariæ majoris,
minoris,
Sabinæ,
Salviæ ana ℥ ij.
Laureolæ ℥ iiij ſ.
Cucumeris Aſinini,
Nepithæ ana ℥ iij.

*Omnia Majo menſe collecta, & expurgata, ac recenter contuſa, macerenter per vij. dies in*

Olei communis lib. iij.
Butyri Vaccini ℥ ij.
Spiritus Vini optimè rectificati lib. ſ.

*Poſteà coquantur ad humiditatis conſumptionem, agitando ſpatulâ ne adurantur, in colaturâ fortiter expreſſâ liquefiant,*

Ceræ flavæ ℥ viij.

*Sepoſitis ab igne, adde*

Adipis Urſini, *ſi deſit*, Taxi,
Olei Laurini ana ℥ j ſ.
Petrolei ℥ ſ.
de Spica ʒ ij.

*His probè commixtis inſperge*

Pulveris Maſticis,
Olibani ana ʒ iij ſ.
Radicum Zinziberis,
Pyrethri,
Piperis,
Euphorbii pulveriſatorum ana ℥ ſ.

*Miſce, & fiat Vnguentum.*

## *Vnguentum Reginæ Viride.*

℞. Foliorum Lauri,
Roriſmarini,
Majoranæ,
Salviæ utriuſque,
Plantaginis,
Abſinthii,
Herbæ Roberti,
Apii, ana M j ſ.
Bugloſſæ,
Piloſellæ,
Millefolii,

Hy-

Hyſopi,
Menthæ Romanæ,
Balſami vulgaris,
Verbenæ,
Saniculæ,
Pimpinellæ,
Urticæ albis floribus,
Morſus Gallinæ albis & rubris floribus,
Florum Lavendulæ ana M j.
Foliorum Arthemiſiæ,
Pervincæ,
Urticæ majoris,
Conſolidæ mediæ,
Ruthę ana M ſ.

*Prædictæ Herbæ colligantur in Menſe Majo; incidantur & piſtentur, infundanturq; in*

Butyri Majalis recentis inſulſi lib. v.

*Bulliant omnia ſimul agitando ſemper ſpatulâ per duas horas; deinde per cannabinum ſpiſſum fortiter exprimantur: Quibus adde*

Ceræ albę,
Olei Olivarum ana ℥ iiij.

*Et ſub finem*

Pulveris Thuris optimi ℥ ij.

*Fiat ſ. a. Vnguentum.*

## *Vnguentum de Arthanitâ majus.*

℞. Radicum Cyclaminis ſiccatarum ℥ iiij.

*Superaffunde Aquæ q. ſ. & decoquantur ad lib. ſ. Colaturæ adde,*

Succi Cucumeris agreſtis,
Butyri Vaccini ana ℥ iij.
Olei Irini lib. ſ.
Radicum Polypodii ℥ j ſ.
Pulpę Colocynthidos ʒ vj.
Euphorbii ʒ ij.

*Macerentur ſimul omnia ritè præparata per dies octo, in vaſe vitreato probè obturato: pòſt ebulliant leviter ad ſuccorum ferè conſumptionem. In colaturâ expreſſâ liquefiant*

Cerę flavę ʒ x.

*Hiſce adhuc tepentibus immiſce,*

Fellis Taurini ad Mellis craſsitiem evaporati,
Sagapeni Aceto ſoluti, colati, & evaporati ana ʒ j ſ.

*Vltimò benè trita inſperge,*

Aloës,
Colocynthidos,
Baccarum Mezerei,
Scammonii,
Turpethi ana ʒ ij.
Florum Camomillę,

Eu-

Euphorbii,
Myrrhę,
Piperis longi,
Zinziberis ana ʒ ſ. gr, xv.

*Fiat ſ. a. Vnguentum.*

## *Vnguentum Comitiſſæ.*

℞. Corticis Mediani Caſtanearum,
Glandium,
Quercus arboris,
Corticum Fabarum,
Radicum Biſtortę,
Foliorum Equiſeti,
Pruni Sylveſtris,
Baccarum Myrthi,
Gallarum immaturarum,
Prunellorum Sylveſtrium immaturorum & ſiccatorum,
Meſpilorum immaturorum & ſiccatorum,
Acinorum Uvarum ana ℥ j ſ.

*Contuſa omnia bulliant in*
Aquę Plantaginis lib. xij.

*Dum lib. iij. ſuperſint. Tum reſideant ad teporem, & validè exprimendo colentur. Intereà*

℞. Cerę novę ℥ viij ſ.
Olei Myrthini lib. j ſ.

*Li-*

*Liqueſcant ſimul, & adhuc calentia laventur portione affusâ memorati Decocti, agitando donec refrigeſcant: tum ſubſidentem aquam per inclinationem effunde, & Ceram iterùm iterumq́; liquatam novâ portione præſcripti Decocti toties lava, dum totum Decoctum affuderis, & per vices ut prius effuderis: Reſiduum tandem in vaſe duplici liquetur, & lento igne coquatur ad totius humidi à lotionibus contracti abſtractionem, quæ penitùs per inclinationem fieri nequit. Poſtea ab igne ſemoto adde*

Olei Maſtichini lib. j ſ.

*Et ſequentia pulveriſata inſperge,*

Trochiſcorum de Carabe ℥ ij.
Corticis Mediani Caſtanearum,
Quercus arboris,
Glandium,
Gallarum immaturarum ana ℥ j.
Prunellorum Sylveſtrium immaturorum,
Myrtillorum,
Acinorum Uvarum immaturarum,
Cineris Oſsium Cruris Bovis,
Succi Hypociſtidos ana ℥ j ſ.

*Fiat ſ. a. Vnguentum.*

## *Vnguentum*, ſeu, *Balſamum Arcæi.*

℞. Therebinthinæ Venetæ,
Gummi Elemmi ana ℥ j ſ.

Sævi

Sævi caſtrati ℥ ij.
Axungiæ Porcinæ veteris & inſulſæ ℥ j.

*Miſce, ſ. a. & fiat Vnguentum.*

## *Unguentum Neapolitanum.*

℞. Axungiæ Suillæ lib. j.
Succi Salviæ ℥ iij.

*Bulliant ſimul lento igne ad humiditatis conſumptionem, & colentur: Tum cum parte ſupradictæ Axungiæ refrigeratæ extingue.*

Hydrargyri benè purificati ℥ iiij.

*Adde.*

Therebinthinæ Aquâ vitæ lotæ ℥ iij.
Ceræ flavæ ℥ ij.
Oleorum Laurini,
Rutacei,
Petrolei,
Lumbricorum,
Chamomelini,
Spicæ ana ℥ j ſ.
Styracis liquidæ ʒ vj.
Euphorbii ſubtiliſsimè per ſe triti ℥ ſ.

*Miſce, & fiat ſ. a. Vnguentum.*

## *Vnguentum*, ſeu, *Balſamum Saturni.*

*Deſtilla duas partes Aceti impraegnati Sale Saturni, ut tertia pars tantùm ſuperſit. Deinde*

℞. Olei Roſati ℥ iiij.
Aceti impraegnati ℥ viij.

*De hoc guttatim ſuper Oleum affunde: & ſimul continuè ducantur in mortario plumbeo, donec Vnguenti ſpiſsitudinem acquirant.*

## *Sal Saturni.*

℞. Cinerem Plumbi,

*Aperto igne ſine ſophiſticatione, ſive alio adjecto, praeparatum: ex illo Salem non aquâ, ut habent irriti vulgarium deſcriptionum labores; ſed Aceto deſtillato extrahas, quem poſteà à ſuo ſale aquâ pluviali, ſolvendo, filtrando, & leniſsimè in Balneo evaporando, ſepties edulcora, tandem per deliquium in liquorem ſolve.*

CLAS-

# CLASSIS DECIMA-TERTIA.

## De Ceratis & Emplaſtris.

### *Ceratum Santalinum.*

℞. Roſarum ʒ xij.
Santali rubri ʒ x.
Santali albi,
Citrini ana ʒ vj.
Boli Armeni ʒ vij.
Ceræ albæ ʒ xxx.
Eboris ʒ vij.
Camphoræ ʒ ij.
Olei Roſati lib. j.
*Miſce, & fiat ſ. a. Ceratum.*

### *Ceratum Stomachicum.*

℞. Maſtiches ℥ ſ.
Tacamacæ,
Ladani ana ʒ ij.
Balſami Indici veri ʒ j.
Therebinthinę Venetę,
Cerę albę ana q. ſ.
*Miſce, & fiat Maſſa pro uno Emplaſtro.*

## *Ceratum Matricale.*

℞. Galbani Aceto ſoluti & cocti ℥ j.
Tacamacæ,
Aſſæ fœtidæ ana ℥ ſ.
Myrrhæ ʒ ij.
Bdellii ʒ j.
Pulveris lapidis Magnetis ℈ iiij.
*Miſce, & ſ. a. fiat Ceratum, addendo,*
Ceræ q. ſ.
*Subigantur in Maſſam piſtillo calido.*

## *Ceratum Oeſypi.*

℞. Ceræ flavæ ℥ j ſ.
Olei Camomelini,
Irini ana ℥ iij.
Maſtiches ℥ ſ.
Spicæ Nardi ʒ j. gr. xv.
Croci ʒ ſ. gr. xv.
Therebinthinæ ℥ ſ.
Reſinæ ʒ ij.
Oeſypi. ℥ v.
*Miſce, & ſ. a. fiat Ceratum.*

# DE EMPLASTRIS.

## *Dia-chylon ſimplex.*

℞. Mucaginum Radicum Althææ,
Seminis Lini,
Fœnigræci ana ℥ iiij.
Olei veteris lib. iij.

*Coquantur ſimul lento igne ad humiditatis conſumptionem; tunc adde*

Litargirii argentei lib. j ſ.

*Coquantur ſimul ad debitam conſiſtentiam.*

## *Dia-chylon cum Gummis.*

℞. Mucaginum Radicum Althææ,
Seminis Lini,
Fœnigræci,
Oleorum Irini,
Camomelini,
Anethini ana ℥ iiij.
Pinguedinis Gallinæ,
Anſeris,
Anatis ana ℥ iij.
Olei Amygdalarum dulcium ʒ x.
Sævi Vitulini lib. ſ.

*Liquefiant omnia, & adde*

Oeſypi humidæ,
Succorum Ireos,
Scyllæ ana ℥ j ſ.

*Coquantur lento igne ad humiditatis conſumptionem. Tunc adjice*

Litargirii aurei ſubtiliſſimè pulveriſati lib. j.

*Coquantur ſimul lento igne, ſemper ſpatulâ movendo, donec aliqualem ſpiſſitudinem acquirant: Deinde adde,*

Reſinæ pinguis,
Ceræ citrinæ ana ℥ ij.

*His liquefactis, & ab igne ſemotis, ac paululùm refrigeratis immiſce,*

Gummi Sagapeni,
Galbani,
Bdellii,
Ammoniaci, anteà Vino ſolutorum, coctorum, & colatorum ana ℥ ſ.
Therebinthinæ Gummis commixtæ ℥ j ſ.

*Et in fine adde*

Ictyocollę aquâ calēte diſſolutę & colatę ʒ vj.

*Miſce, & fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

## *Emplaſtrum de Mucaginibus.*

℞. Mucaginum ſeminis Althææ,
Lini,

Fœ-

Fœnigræci,
Corticis mediani Vlmi ana ℥ iiij.
Oleorum Camomelini,
Liliorum,
Anethini ana ℥ j ſ.
Ceræ Citrinæ ℥ xx.
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Sagapeni,
Opoponacis, Aceto ſolutorum, coctorum, & colatorum ana ʒ vj.
Therebinthinæ Gummis colatis mixtæ ℥ ij ſ.
Croci ʒ ij.
*Miſce, & fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

## *Emplaſtrum de Meliloto.*

℞. Meliloti ℥ vj.
Florum Camomillæ,
Comarum Abſinthii,
Sampſuchi, *.i.* Majoranæ,
Fœnigræci,
Baccarum Lauri,
Radicis Althææ ana ʒ iij,
Seminum Apii,
Ameos,

Car-

Cardamomi,

Ireos,

Cyperi,

Spicæ,

Caſſiæ ligneæ ana ʒ j ſ.

Ammoniaci ʒ x.

Styracis Calamitæ,

Bdellii ana ʒ v.

Therebinthinæ ℥ j ſ.

Ficus pingues, coctas, & cribratas n°. xij.

Sævi Caprini,

Reſinæ ana ℥ ij ſ.

Ceræ ℥ vj.

Olei Sampſuchini,

de Spicâ ana ℥ j.

Decoctionis Meliloti, Chamæmeli, & Fœnigræci q. ſ.

*Miſce, & fiat Emplaſtrum. Parandi ſunt Magdaleones craſſi, ne exſiccentur.*

## *Emplaſtrum Oxycroceum.*

℞. Croci,

Picis navalis,

Colophoniæ,

Ceræ ana ℥ iij.

Therebinthinæ,

Gal-

Galbani,
Ammoniaci, Aceto ſolutorum, coctorum & colatorum,
Myrrhæ,
Thuris,
Maſtiches ana ℥ j. & ʒ iij.

*Miſce, & fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

## *Emplaſtrum de Betonica.*

℞. Succorum Betonicæ,
Plantaginis,
Apii, crudorum ana lib. j.
Ceræ flavæ,
Picis,
Reſinæ,
Therebinthinæ ana lib. ſ.

*Coquantur ad ſuccorum conſumptionem, & fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

## *Emplaſtrum Dia-Palma.*

℞. Olei Veteris,
Litargyrii aurei ſubtiliſſimè pulveriſ. ana lib. iij
Axungiæ Suillæ veteris & inſulſæ lib. ij.
Vitrioli albi ℥ iiij.

*Coquantur igne lento, ſpatulâ palmeâ aſſiduè movendo, & fiat Emplaſtrum.*

## *Emplaſtrum, Gratia Dei.*

℞. Ceræ,
Reſinæ ana lib. jſ.
Therebinthinæ ℥ x.

*Mixta ſimul liqueſiant & paululùm refrigeſcant. Tunc adde:*

Olibani pulveriſati ℥ vj.

*Miſce, & cum pauco lacte fiant Magdaleones.*

## *Emplaſtrum ad rupturam Aquapendentis.*

℞. Tegulæ veteris benè ſiccæ ʒ xvij.
Gipſii ℥ ij.
Sanguinis Draconis ℥ j.
Boli Armeni ℥ j ſ.
Sarcocollæ ʒ vj.
Maſticis ʒ ij.
Aloës ʒ iij.

*Pulveriſatis pulveriſandis adde:*

Therebinthinæ aliquantulùm coctæ lib. iij.

*Miſce, & fiat maſſa; reſervetur in veſicâ ſuillâ Oleo Amygdalarum dulcium oblinitâ.*

*Empla-*

## *Emplaſtrum Catagmaticum,* ſeu, *Ad fra-ctúras Oſsium.*

℞. Radicum Symphiti majoris,
Althææ,
Viſci quercini ana ℥ ij.
Plantaginis,
Chamæpytheos,
Hypericonis ana M j.
*Fiat decoctio in Vini nigri & aquæ fabrorum ana partibus æqualibus ad dimidias. Colaturæ adde*
Mucaginis ſeminis Cytoniorum, è decocto
Omazorum extractæ,
Olei maſtichini,
Roſati ana ℥ iiij.
Ceræ Virgineæ lib. j.
Litargirii aurei ℥ ij.
Therebinthinæ ℥ iij.
Balauſtiarum,
Roſarum,
Myrtillorum,
Acatiæ ana ℥ ſ.
Mumiæ,
Seminis Hypericonis,
Colophoniæ,

Maſtiches,
Succini ana ʒ vj.
Picis navalis ℥ j ſ.
Boli Armeni,
Farinæ volatilis,
Thuris ana ℥ j ſ.
Sanguinis draconis ℥ ij.
*Miſce, & fiat ex arte Emplaſtrum.*

## *Emplaſtrum de Baccis Lauri.*

℞. Baccarum Lauri mundatarum ℥ ij.
Thuris,
Maſticis,
Myrrhæ ana ℥ j.
Olei Laurini,
Therebinthinæ parùm coctæ ana ʒ vj.
Cyperi,
Coſti ana ℥ ſ.
Mellis deſpumati q. ſ.
*Miſce, & fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

## *Emplaſtrum nigrum.*

℞. Olei Roſarum ℥ iij ſ.
Colophoniæ,
Reſinæ,

Picis navalis,
Ceræ albæ,
Vitrioli Romani,
Ceruſſæ,
Olibani,
Myrrhæ ana ℥ iiij.
Maſtiches ℥ ſ.
Olei Ovorum ℥ j.
de Spicâ ℥ ſ.
Iuniperi, è granis per deſcenſum parati ℥ ij.
Mumiæ ℥ j.
Terræ ſigillatæ,
Sanguinis Draconis ana ℥ ſ.
Coralli rubri præparati ℥ j.
Axungiæ Ardeæ ℥ ſ.
Lapidis Magnetis præparati ℥ j.
Lumbricorum præparatorum,
Camphoræ ana ℥ ſ.
*Miſce, & fiat ſ. a. Emplaſtrum.*

## *Emplaſtrum Vigonium,* ſeu, *de Ranis.*

℞. Ranas aquaticas viventes n°· vj.
Lumbricorum terreſtrium purgatorum, vino albo lotorum & ſubmerſorum ℥ iij ſ.
Vini Hiſpanici lib. ij.

*Infundantur ſimul per aliquot horas, tum bulliant igne moderato ad tertiæ partis conſumptionem, addendo ſub finem*

Matricariæ cum floribus,
Schœnanti,
Stœchados Arabicæ ana M j.

*Poſtea adjice*

Olei Camomelini,
Anethini,
Liliorum alborum ana ℥ ij.
Axungiæ Porci lib j.
Pinguedinis Vitulinæ lib. ſ.

*Bulliant rursùs omnia ad vini tertias. Colaturæ fortiter expreſſæ adde*

Succi Radicum Ebuli,
Helenii ana ℥ ij.

*Quibus mixtis, & ſenſim affuſis, nutriatur*

Lithargirii aurei tenuiſſimè triti lib. j.

*Et coquantur ſimul lento igne, donec eam conſiſtentiam acquirant, ut digitis non adhæreant. Tùm adjice ut liqueſcant,*

Ceræ Citrinæ ℥ vj.
Axungiæ viperinæ, *ſi deſit*, Taxi ℥ ij ſ.
Olei Laurini ℥ j ſ.

*His ab igne ſemotis & tepidis adde*

Olei de Spicâ ℥ ij.
Olei Crocini, *ſuprà Claſſe XI. deſcripti*, ℥ j.
Olibani pulveriſati ʒ x.

Euphor-

Euphorbii pulveriſati ʒ v.

*Poſtremò immiſce*

Therebinthinæ claræ ℥ ij.

Styracis liquidæ ℥ j ſ.

Hydrargyrii Therebinthinâ extincti & Styraci prædictæ immixti ℥ iiij.

*Miſce, & fiat ex arte Emplaſtrum, quod cum & ſine Mercurio à Pharmacopæo reſervari debet.*

## *Spannadrapium ad fonticulos Cauſtico inuſtos.*

℞. Emplaſtri de Cerusâ ℥ iij.

Dia-palmæ ℥ ij.

Dia-chylonis gummati ℥ j ſ.

*Liqueſcant ſimul lento igne, abſq; ebullitione: tum Pulveres ſequentes inſperge,*

℞. Radicis Ireos Florentinæ ʒ ij.

Minii,

Benzoini ana ʒ j.

Cinnamomi ʒ j ſ.

Olei Garyophyllorum guttas aliquot.

*Omnia probè miſceantur, iiſq; adhuc calentibus tela tenuis immergatur, & fiat ſ. a. Spannadrapium.*

CLAS-

# CLASSIS DECIMA-QVARTA.

## De Præparationibus Simplicium Medicamentorum uſualium.

### *Aloës nutritio.*

DESCRIPTA *eſt in principio IX. Claßis; videatur ibi.*

### *Scammonii præparatio.*

℞. Scammonii electi, lacteſcentis & triti ℥ viij.
Succi Cytoniorum depurati ℥ iiij.

*Miſce, & ponantur in loco calido, quotidie movendo, donec mediocriter indurata maſſa, in Trochiſcos cogi poſſit. Hic modus uſitato magis arridet: ſic enim vis ſucci Cytoniorum in Scammonium potiùs tranſit, quàm è contra.*

### *Colocynthidos præparatio.*

*Trochiſcorum Alhandal confectio eſt Colocynthidis præparatio, quæ Claſſe X. habetur.*

### *Coriandrorum præparatio.*

*Coriandrorum ſemina ante annum collecta, acri Aceto tribus*

*bus diebus macerantur; deinde ſiccata reponuntur.*

## *Aluminis Vſtio.*

℞. Aluminis Rochæ q. v.

*Indatur Crucibulo novo & capaci, aut vaſi figulino non vitreato, & igne circumquaq; accenſo aduratur, donec ampullas ampliùs non emittat.*

## *Butyri Majalis præparatio.*

℞. Butyri inſulſi ſub Menſis Maii finem confecti q. v.

*Indatur vaſi terreo vitreato, & Balnei vel Solis calore liqueſcat: ſupernatans Butyrum per inclinationem ſeparetur à ſero ſubſidente; & colatum, idoneo loco ſine ſale recondatur, in annuum uſum.*

## *Eboris, Cornu Cervi, Corallorum, & aliorum Oſſium Vſtio.*

*Oſſa quævis in fruſta ſecta comburantur in novo vaſe fictili non vitreato, donec penitùs albeſcant; tùm ſubtiliſsimè trita laventur ter aut quater Aquâ Roſaceâ; tandem in Marmore lævigata efformentur in Trochiſcos.*

## *Præparatio Foliorum Laureolæ, Mezerei; Corticis Radicum Eſulæ minoris, Hellebori nigri; Seminum Cumini,* &c.

*Aceto acri horis duodecim perfuſa ſiccentur, idq; iterùm fiat, deinde reſerventur ad uſum.*

## *Vitrioli Vstio.*

*Vritur Chalchantum eodem modo, quo Alumen, ſed donec rubeſcat.*

## *Euphorbii præparatio.*

℞. Euphorbii optimi q. v.

*Irroretur guttis aliquot Olei Amygdalarum dulcium recentis, & teratur: poſt benè lævigatum indatur pomo Cydonio excavato, & paſtâ obductum ſub cineribus calidis, vel in furno, poſt extractum panem, coquatur, exemptum in vaſe vitreo ſervetur, benè exſiccatum.*

## *Aſſatio, Gummi Arabici; Seminum Papaveris, Portulacæ,* &c.

*Sartagini ferreæ indita, igni exponantur, & continuò verſentur, donec calore contracta rufeſcant. Eodem modo torrefiunt ſemina, quorum Pulveres Confectionibus adſtringentibus imponuntur.*

Præ-

## *Præparatio Laccæ.*

℞. Radicum Ariſtolochiæ longæ,
Schœnanthi ana ℥ j.

*Bulliant ſimul ad remanentiam lib. j. Cui colatæ injice*
Laccæ immundæ (*ſyncera enim per ſe uſurpari poteſt*) & parum fractæ ℥ viij.

*Decoquantur moderato igne, dum purior pars diſſoluta ſupernatet, quæ per inclinationem à ſordibus ſeparata coletur, & balnei aut Solis calore exſiccata recondatur ad uſum.*

## *Lapidis Calaminaris & Tuthiæ præparatio.*

℞. Alterutrius q. v.

*Indantur ſeparatim Crucibulo, & ignita Aquæ Roſarum injiciantur; id ſecundò & tertiò fiat; lævigentur & rediguntur in Trochiſcos.*

## *Lapidis Lazuli præparatio.*

*Ad conficiendas Pilulas Indas, ſufficit eum minutim pulveriſare, & affuſâ ſæpiùs aquâ lavare, dum pura effundatur.*

*At verò ad Confectionem Alkermes, uratur in Crucibulo, teratur, & toties, aquâ primùm fontanâ, dein Roſarum aut Meliſſæ abluatur, donec, ut priùs limpida effluat.*

## *Præparatio Lapidum quinque pretioſorum; Margaritarum, Oculorum Cancri, &c.*

*Redigantur in tenuiſsimum pulverem in porphyrite, & guttulis aliquot Aquæ Roſatæ affuſis, in pollinem tenuiſsimum comminuta, efformentur in Paſtillos.*

## *Olei Lotio.*

℞. Olei communis q. v.
Aquæ ferventis duplum.

*Indantur phiolæ vitreæ capaciori; deinde concutiantur ſimul diutiſsimè, donec totus liquor ſpumeſcat & candidus fiat; quo poſteà in Sole ad ſubſidentiam detento, Oleum ſupernatans colligitur & aſſervatur pro Compoſitionibus exquiſitioribus, ut Oleo Aparitii, Hypericonis, & ſimilibus.*

## *Pulmonum Vulpis præparatio.*

*Diligenter priùs aquâ abluti dum cruorem omnem emiſerint laventur Vino Hiſpanico, cui folia Hyſſopi & Scabioſæ anteà incoxerint; Tunc in furno temperato calore, vel in burſâ chartaceâ, in latere camini, ſuſpensâ, ſenſim exſiccantur, & Abſinthio, Marrubio vel Hyſſopo aſſervantur.*

*Eodem modo paratur* Hepar lupinum; *ſed exſiccatum ſolo Abſynthio conſervatur.*

*Pin-*

## *Pinguedinum, Axungiarum, & Medullarum præparatio.*

℞. Cujuſlibet recentis, à fibris & membranulis mundatæ, & minutim inciſæ q. v.

*Impone ollæ fictili vitreatæ; ſuperaffunde tantum aquæ q. ſ. Decoquantur lento igne ad humiditatis conſumptionem: Colentur & reponantur, & ſic fiunt puræ & candidæ pinguedines,* &c.

## *Præparatio limaturæ Chalybis.*

*Eſt ea tradita ſuperiùs Claſſe ſextâ.*

## *Scyllæ præparatio.*

℞. Scyllam recentem, corticosâ parte & lignosâ radice privatam,

*Involve paſtâ è tritico ſubactâ & fermentatâ, tum in cineribus vel furno coque, donec paſta rimas trahens probè excocta ſit, & adacto per eas ſtylo ligneo Scyllam undique teneram perſentias, cujus medulla oſſeo vel ligneo cultello inciſa, & in mortario lapideo contuſa, per cribrum trajiciatur, ad Trochiſcos ſcylliticos efformandos.*

*Ex eâdem Scyllâ taleolæ ſeu tunicæ, ligneo vel oſſeo cultello ſeparatæ, & filo modicis intervallis trajectæ, ne ſe mutuò contingant, per duos menſes in umbrâ ſiccantur; è quibus Acetum Scylliticum præparatur.*

## *Therebinthinæ coquendæ modus.*

℞. Therebinthinæ Cypriæ q. v.

*Coquatur in amplo vaſe cum vigecuplo aquæ, donec inſpiſſetur inſtar maſſæ Pillularum*

## *Therebinthina potabilis.*

℞. Therebinthinæ Venetæ lotæ q. v.

*Ducatur in mortario; adde*

Vitelli ovi q. ſ.

*Et guttatim affunde liquorem à Medico præſcriptum, donec totus commiſceatur. Idem præſtari poteſt cum Vitelle albo. Prima potio erit coloris lactei; Secunda, coloris Cereviſiæ albæ recentis.*

## *Præparatio Stercoris Canini*, ſeu, *Albi Græci.*

℞. Stercoris Canis oſſibus per aliquot dies nutriti q. v.

*Lævigetur in marmore cum*

Aquæ Burſæ Paſtoris ſ. q.

*Et formetur in Trochiſcos.*

De

# De Cognitione & Delectu MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM.

IN gratiam Tyronum additus eſt Tractatulus iſte de cognitione & Delectu Medicamentorum Simplicium; non omnium quidem, ſed præcipuorum & magis neceſſariorum, ex variis Authoribus collectorum, & ordine Alphabetico diſpoſitorum: prout ſequitur.

ACACIA *vera cùm apud nos confici non poſſit, ejus loco ex prunis agreſtibus coctis ſuccus expreſſus, teſſellatim conſectus, inſolatusq́, minimo errore uſurpari poterit.*

ÆRIS FLOS, *æris ſcobe tenuiſsimè delimatâ polluitur. Optimus eſt friabilis, in attritu fulveſcens, Milii effigie, ponderoſus, guſtu aſtringens, & modicè ſplendens.*

ÆRIS SCORIA, *eſt recrementum illud ſpongiarum modo ſpumoſum, quod Fabri tam de ferro quàm ære abjiciunt.*

ÆRIS SQUAMMA, *eſt fragmentum, ſive ramentum,*

*mentum, quod malleis æri excutitur, quâ de causâ æris rudis ſquamma cæteris præfertur, ex quâ clavi fiunt. Probatur craſſa, rufa, præſertim æruginoſa.*

ÆRUGO, *eſt æris veluti rubigo in æreis vaſis, laminis, ſquamis, ſcobibus, lapidibus concreta, decem diebus Aceti acerrimi vapore, pòſt decuſſa, vel deraſa.*

ÆS USTUM *probatur rubrum, contuſu cinnabarinum colorem imitans: nigrum verò pluſquàm decet exuſtum eſt.*

AGARICUS *Fungus eſt, arboribus enaſcens: Præſtantior eſt fœminei ſexus, qui dum frangitur rectis intus venarum diſcurſibus conſtat; primo guſtatu dulcis, mox ex diſtributione amarus, tandem etiam ſubacer & ſubſtringens, candidiſsimus, levis, rarus, mollis, & ſplendidus. Improbatur mas, qui gravis eſt, rotundus, compactus, duras quaſi è ligneâ materiâ concretus, niger, & fractus longas venas, & nervos habens.*

ALOËS *in Officinis duæ habentur ſpecies: Succotrina, & Hepatica. Præſtantiſsima eſt Succotrina, quæ eſt pinguis, glutinoſa, tranſparens ex rubro rufa, hepatis modo coacta, boni odoris, Myrrham æmulantis, ſyncera, friabilis digitis, arenarum & calculorum expers, facilè liqueſcens, & eximiæ amaritudinis. Hepatica non tam boni odoris eſt, ut Succotrina; nigrior, fractuq; contumacior eſt.*

ALOËS LIGNUM *eligitur Indicum, colore nigro, cinereis venis diſcurrentibus, ponderoſum, ita ut ſuæ gravitate in*

*te in aquam conjectum non innatet, ſed ſubſideat, durum, craſſum, quodq́; accenſum flammam diu retineat, humidâ pinguedine prægnans. Quo majora ſunt fragmenta, eò plùs facultatis in ſe continent.*

AMBRA *optima cenſetur gryſea, odoratiſſima, quæ à ſordibus maximè repurgata eſt, quæq́; plurimùm ad candorem accedit, quæ videlicet cinerei ſit coloris, aut quæ ex venis nunc cinereis, nunc candicantibus conſtat, levis, pinguis, & ſi ejus fragmentum candenti ferro applicatum, veluti in oleum reſolvatur. Peſſima eſt nigra & vilis, quâ odor chyrothecis conciliatur.*

AMMONIACUM *probatur benè coloratum, ligni, calculorum, ac aliarum ſordium expers, Thuris ſimilitudine, minutis glebis, denſum, ſyncerum, odore Caſtoreum utcumq́; referens, & guſtu amarum. Ferulæ ſuccus eſt, quæ in Africâ gignitur, juxta Ammonis Oraculum.*

ANACARDUS *fructus eſt cujuſdam arboris, cui Græci nomen indiderunt à Cordis tum ſimilitudine, tum colore. In eo liquor reſidet mellis craſſitie, inſtar ſanguinis rubicundus, guſtu adurente; in medio nucleus eſt exiguæ Amygdalæ effigie. Magna ejus eſt copia in Malabar, & reliquis Indiæ provinciis.*

ANIME *arboris proceræ folia Myrti habentis eſt lacryma, ſeu reſina, ex Luſitanorum navigationibus in Europam allata, alba, ad Thuris colorem nonnihil vergens, pellucida, quæ confracta luteum co[illegible]n oſtendit inſtar reſinæ,*

 *gra-*

*gratiſſimi, ac ſuaviſsimi odoris; prunis impoſita, facilè conſumitur. Differt hæc ab Anime Orientali, quòd neque tam candida, neque tam lucida ſit.*

ASPALATHUS *frutex eſt ſurculoſus, variis horreſcens ſpinis, naſcitur in Iſtro, Niſyro, Syriâ, & Rhodiorum Inſulâ. Optimus eſt gravis & ponderoſus, detracto cortice rubeſcens, aut in purpuram vergens, denſus, odoratus, guſtatu amarus. Eſt & aliud ejus genus, candidum, lignoſum ſine odore, quod deterius habetur. Pro Aſpalatho, ſi deſit, accipere licet ſemen Agni caſti, aut Lignum Aloës, aut Sanda. citrinum.*

ASSA DULCIS *Officinarum, eſt Benzoinum, ſeu Cyrenaïci Laſerpitii lacryma. Probatur Benzoinum, ſyncerum, & tranſlucens, colore rubeſcens, Electro ſimile, guſtu gratum, durum, albis diſtinctum unguibus, aut glebulis, odore admodum blando, Xyloaloës odorem referente præditum. Fuſcum autem, & impurum improbatur.*

ASSA FOETIDA, *ex Mediâ & Syriâ defertur, fœtidi viroſiq́; odoris, Sagapenum redolentis. Melior eſt quæ vergit ad rubedinem, ſplendens, Myrrham, non Porrum referens, & quæ facilè diſſolvitur in album colorem. Adulteratur antequam ſiccetur cum Serapino, & farinâ Fabarum, ſed dignoſcitur facilè adulterata, ſapore, odore, & colore.*

AURIPIGMENTUM, *metallica res eſt, aurum colore imitans. Ejus apud Dioſcoridem duo ſunt genera; unum è multis ſquammis, ut altera alteri impoſita videatur, con-*

*ſtat: Id ſi purum fuerit, nec ulli materiæ permiſtum, optimum exiſtimatur. Alterum colore Sandarachæ, hoc eſt, rubrum, glandis effigie. Deligendum ergò aureo colore micans, è tenuibus ſquammis compactum, quod facilè funditur, & lapillis, aut terræ permixtum non eſt.*

BDELLIUM, *lacryma eſt Saracenicæ arboris. Probatur guſtu amarum, tranſlucidum, intùs pingue, liqueſcens facilè, & ſi digitis ſubigitur, molleſcens, ligni ac ſordis expers, ſuffitu odoratum, & albis maculis ungui humano ſimillimis refertum. Improbatur nigrum, ſordidum, uberioribus glebulis in offas convolutum; adulteratur Gummi, & Cerâ: ſed fraus guſtu, & odore innoteſcit, quia non ita amarum nec odorum eſt.*

BEZAAR, *Lapis legitimus, & minimè adulteratus, levibus, glabris, & friabilibus laminis conſtat, ſibi quidem ipſis cæparum inſtar ſtrictè adhærentibus, ſed ad viſum conſpicuè diſtinctis, & interiùs quidem externæ laminæ colorem, ſplendorem, & ſubſtantiam referentibus. In meditullio concavus eſt, in quo vel pulviſculus, vel parvum cinereum granulum, vel paleæ tenuis feſtuca, vel aliud quippiam ſimile reperitur. Laudatur inter Orientales, coloris Olivæ. Minor (modò & cæteræ notæ correſpondeant) ac mediocris quoque omnium optimus cenſetur. Inter Occidentales autem, & qui ex Montibus Peruviæ adferuntur, laudatur qui laminis contegitur nunc ſubalbidis, modò ſubcinereis, jam obſcurè virentibus, interdum flaveſcentis coloris, & qui cruſtas, ſeu lami-*

*nas habet craſſiores, & gypſeas, feſtucæ fragmentum in meditullio continens: Is ſatis magnus eſt. Nonnulli quoque ſunt parvi, ſubnigri coloris, quorum laminæ ( quodammodò exeſæ) dum franguntur aureos fulgores, ſeu aureas ſcintillas emittunt; illi quoque præſtantiſſimi: Falſi verò corticibus deſtituuntur, dentes inficiunt, & dum franguntur, fruſta dura relinquunt, terræ, aut Gypſi more.*

